Liber Inſti[illegible]onum Iuſtiniani

I

ffatum est equum ad plur. Constellacio mors per vias dorp fructus [illegible] signatum nomine fati : fortun fictus

In nomine domini nostri Jhesu Christi Imperator cesar flavius iustinianus alamanicus geticus germanicus atticus vendalicus affricanus pius felix inclitus victor ac triumphator semper augustus cupide legum iuventuti insti tucionum seu elementorum premittit prohemium. Nota Justinianus dicitur qui hunc librum composuit cum aliis peritis

Nota ~~iustinianus dicitur~~ Nota esset quamvis ubi fruitz esset in cognita Et pasquin quis genum fruitus in vase / secutio brevi amminissimus

Vendatis pro 3 flor. ad min. pro 2½

N. Inw. 376

liber institutorum Justiniani legatus pro libraria theologorum maioris domus artistarum ex libris olim magistri Johannis de Osswyanczym Sacre theologie professoris et Custodis in ecclesia sancti fflorian: oretur pro eo per utentes libro

376.

Institutiones Justiniani

CCIV
7

In nomine domini nostri I(es)u (Christi).
Imperator cesar flavius iustinianus almanicus gothicus francicus germanicus atticus alanicus wandalicus africanus pius felix inclitus victor ac triumphator semper augustus cupide legum iuventuti.

IMPERATORIAM maiestatem non solum armis decoratam sed etiam legibus oportet esse armatam ut utrumque tempus et bellorum et pacis recte possit gubernari et princeps romanus victor existat non solum in hostilibus preliis sed per legitimos tramites calumpniantium iniquitates expellat et fiat tam iuris religiosissimus quam victis hostibus triumphator. Quorum utramque viam cum summis vigiliis et summa providentia annuente deo perfecimus. Et bellicos quidem sudores nostros barbarice gentes sub iuga nostra deducte cognoscunt et tam affrica quam alie innumerose provincie post tanta temporum spatia nostris victoriis a celesti numine prestitis iterum dicioni romane nostroque subiecte imperio prestantur. Omnes vero populi legibus tam a nobis promulgatis quam compositis reguntur. Et cum sacratissimas constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consonantiam tunc nostram extendimus curam et ad inmensa prudentie veteris volumina et opus desperatum quasi per medium profundum euntes celesti favore iam adimplevimus. Cumque hoc deo propitio peractum est triboniano viro magnifico magistro et exquestori sacri pallacii nostri nec non teofilo et teodoro viris illustribus antecessoribus nostris quorum omnium solertiam et legum scientiam et circa nostras iussiones fidem iam ex multis argumentis rerum accepimus convocatis specialiter mandavimus ut nostra auctoritate nostrisque suasionibus componant institutiones ut liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis discere sed ab imperiali splendore appetere et tam aures quam animi vestri nichil perperam positum vel inutile sed quod in ipsis rerum optinet argumentis accipiant. Et quod in priori tempore vix post quadriennium prioribus contingebat ut tunc constitutiones imperatorias legerent hoc vos a primordio ingrediamini digni tanto honore tantaque reperti felicitate ut

[illegible]

inicium nobis et prima legum eruditionis a voce principali procedant. Igitur post libros quinquaginta digestorum seu pandectarum, in quibus omne ius antiquum collatum est, quos per eundem virum excelsum Tribonianum et ceteros viros illustres et facundissimos confecimus, in hos quattuor libros easdem institutiones partiri iussimus, ut sint totius legitime scientie prima elementa, quibus breviter expositum est et quod antea optinebat et quod postea desuetudine inumbratum ab imperiali remedio illuminatum est. Quas ex omnibus antiquorum institutionibus et precipue ex commentariis Gaii nostri tam institutionum quam rerum cotidianarum aliisque multis commentariis compositas cum tres predicti viri prudentissimi nobis optulerint, et legimus et cognovimus et plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus. Summa itaque ope et alacri studio has leges nostras accipite et vosmetipsos sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat toto legitimo perfecto opere posse etiam nostram rem publicam in partibus eius vobis credendis gubernari.

De iustitia et iure

Iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum unicuique tribuens. Iuris prudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. His itaque generaliter cognitis et incipientibus nobis exponere iura populi romani ita maxime videntur posse tradi commodissime, si primo levi ac simplici via, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. Alioquin si statim ab initio rudem adhuc et infirmum animum studiosi multitudine ac varietate rerum oneraverimus, duorum alterum aut desertorem studiorum efficiemus aut cum magno labore eius, sepe et cum diffidentia, que plerumque iuvenes avertit, serius ad id perducemus, ad quod leniori via ductus sine magno labore et sine ulla diffidentia maturius perduci potuisset. Iuris precepta sunt hec: honeste vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere. Huius studii due sunt positiones, publicum et privatum. Publicum ius est quod ad statum rei romane spectat, privatum quod ad singulorum utilitatem pertinet. Dicendum est igitur de iure privato, quod est tripertitum: collectum est enim ex naturalibus preceptis aut gentium aut civilibus.

De iure naturali gentium et civili

Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non solum

[illegible]

CC IV 7

[illegible]

genus humanum proprium est
sed omnium animalium que in
celo que in terra que in mari
nascuntur. hinc descendit
maris atque femine coniunctio
quam nos matrimonium appellamus.
hinc liberorum procreatio atque e-
ducatio. videmus etenim cetera
quoque animalia huius iuris
peritia censeri. ¶ Ius autem
civile et gentium sic dividitur.
Omnes populi qui legibus et mori-
bus reguntur partim suo proprio
partim communi omnium homi-
num iure utuntur. Nam
quod quisque populus ipse sibi con-
stituit id ipsius civitatis
proprium est. vocaturque ius
civile quasi ius proprium ipsius
civitatis. ¶ Quod vero natu-
ralis ratio inter omnes homines
constituit id apud omnes
gentes perque custoditur. vo-
caturque ius gentium quasi quo
iure omnes gentes utuntur.
¶ Et populus itaque romanus
partim suo proprio partim communi
omnium hominum iure utitur. que
singula qualia sunt suis locis pro-
ponemus. ¶ Sed ius quidem civile
ex unaquaque civitate appel-
latur. veluti atheniensium.
Nam si quis velit solonis
vel draconis leges appellare
ius civile atheniensium non
erraverit. Sic enim et ius quo po-
pulus romanus utitur ius ci-
vile romanorum appellamus.
vel ius quiritium quo qui-
rites utuntur. Romani

enim a romulo a quirino quirites
appellantur. ¶ Sed quotiens non
addimus nomen cuius sit civita-
tis nostrum ius significamus.
Sicuti enim cum poetam dica-
mus nec addimus eius nomen sub-
auditur apud grecos egregius
omerus apud nos virgilius.
¶ Ius autem gentium omni humano
generi commune est. Nam usu
exigente et humanis necessita-
tibus gentes humane quedam
sibi constituerunt. Bel-
la etenim orta sunt et capti-
vitates secute et servitutes
que sunt iuri naturali contrarie.
¶ Iure enim naturali ab initio
omnes homines liberi nasce-
bantur. Et ex hoc iure gentium
omnes pene contractus intro-
ducti sunt. ut emptio vendi-
tio locatio conductio soci-
etas depositum mutuum
et alii innumerabiles. ¶ Con-
stat autem ius nostrum quo utimur
aut ex scripto aut ex non scrip-
to. ut apud grecos. Scriptum ius est lex.
plebiscita. senatusconsulta.
principum placita. magistra-
tuum edicta. et responsa pru-
dentium. ¶ Lex est quod populus
romanus senatorio ma-
gistratu interrogante veluti
consule constituebat.
¶ Plebiscitum quod plebeio ma-
gistratu interrogante veluti tri-
buno constituit. ¶ Plebs autem
a populo eo differt quo species
a genere. Nam appellatione populi

[illegible]

universi cives significantur connumeratis et patriciis et senatoribus. Plebis autem appellatione sine patriciis et senatoribus ceteri cives significantur. Sed et plebiscita lege Hortensia lata non minus valere quam leges ceperunt. Senatusconsultum est quod senatus iubet atque constituit. Nam cum auctus est populus romanus in eum modum ut difficile sit in unum eum convocari legis sanciende causa, equum visum est senatum vice populi consuli. Sed et quod principi placuit legis habet vigorem, cum lege regia que de imperio eius lata est populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem concessit. Quodcumque ergo imperator per epistolam constituit vel cognoscens decrevit vel edicto precepit, legem esse constat. Hee sunt que constitutiones appellantur. Plane ex his quedam sunt personales, que nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult. Nam quod alicui ob meritum indulsit, vel si cui penam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non transgreditur. Alie autem cum generales sunt, omnes procul dubio tenent. Pretorum quoque edicta non modicam iuris optinent auctoritatem. Hoc etiam ius honorarium appellare solemus, quod qui honores gerunt, id est magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt. Proponebant et ediles curules edictum de quibusdam causis, quod edictum iuris honorarii portio est. Responsa prudentium sunt sententie et opiniones eorum quibus permissum erat iura condere. Nam antiquitus institutum erat ut essent qui iura publice interpretarentur, quibus a Cesare ius respondendi datum est, qui iurisconsulti appellabantur. Quorum omnium sententie et opiniones eam auctoritatem tenebant ut iudici recedere a responso eorum non liceret, ut est constitutum. Ex non scripto ius venit quod usus comprobavit. Nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur. Et non ineleganter in duas species ius civile distributum videtur. Nam origo eius ab institutis duarum civitatum, Athenarum scilicet et Lacedemoniorum, fluxisse videtur. In his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedemonii quidem magis ea que pro legibus servarent memorie mandarent, Athenienses vero ea que in legibus scripta comprehendissent custodirent. Sed naturalia quidem iura que apud omnes gentes peraeque servantur, divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. Ea vero que ipsa sibi quequa civitas constituit sepe mutari solent vel tacito consensu populi vel alia lege postea lata. Omne autem ius quo

De iure personarum.

Summa itaque divisio de iure personarum hec est quod omnes homines aut liberi sunt aut servi. Et libertas quidem est ex qua etiam liberi vocantur naturalis facultas eius quod cuique facere libet nisi si quid vi aut iure prohibetur. Servitus autem est constitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra naturam subicitur. Servi autem ex eo appellati sunt quod imperatores captivos vendere iubent ac per hoc servare nec occidere solent. Qui etiam mancipia dicti sunt quod ab hostibus manu capiuntur. Servi autem aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris. Fiunt aut iure gentium id est ex captivitate, aut iure civili cum homo liber maior viginti annis ad pretium participandum sese venundari passus est. In servorum condicione nulla differentia est. In liberis vero multe differentie sunt. Aut enim ingenui sunt aut libertini.

De ingenuis.

Ingenuus est is qui statim ut natus est liber est, sive ex duobus ingenuis matrimonio editus, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino et altero ingenuo. Sed et si quis ex matre libera nascatur, patre vero servo, ingenuus nihilominus nascitur: quemadmodum qui ex matre libera et incerto patre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et ex contrario si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum qui nascitur liberum nasci, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in ventre est. Ex his illud quesitum est, si ancilla pregnans manumissa sit, deinde ancilla facta pariat, an liberum an servum pariat? et Marcellus probat liberum nasci: sufficit enim ei qui in ventre est liberam matrem vel medio tempore habuisse: quod et verum est. Cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit illi in servitute fuisse et postea manumissum esse: sepissime enim constitutum est natalibus non officere manumissionem.

De libertinis.

Libertini sunt qui ex iusta servitute manumissi sunt. Manumissio autem est datio libertatis: nam quamdiu quis in servitute est ...

[illegible]

potestati ... sic ergo unde et addita sunt ... non sequitur. Nam si heres tres filios ... incipit hic ...

manui et potestati suppositus
est: et manumissus liberatur
est a potestate. Que res a iure
gentium originem sumpsit,
utpote cum iure naturali
omnes liberi nascerentur
nec esset nota manumissio, cum
servitus esset incognita. Sed
postquam iure gentium servitus
invasit, secutum est beneficium
manumissionis. Et cum
uno communi nomine omnes
homines appellaremur,
iure gentium tria genera
hominum esse ceperunt: liberi,
et his contrarium servi, et tertium
genus libertini qui desierant
esse servi. Multis autem modis
manumissio procedit: aut
enim ex sacris constitutionibus
in sacrosanctis ecclesiis, aut vin-
dicta, aut inter amicos, aut
per epistolam, aut per testamentum,
aut aliam quamlibet ultimam
voluntatem. Sed et aliis mul-
tis modis libertas servo competere
potest, qui tam ex veteri-
bus quam ex nostris constitutionibus
introducti sunt. Servi ve-
ro a dominis semper manumit-
ti solent: adeo ut vel in tran-
situ manumittantur, velu-
ti cum pretor aut proconsul
aut preses in balneum vel in
theatrum eant. Liberti-
norum autem status tripertitus
antea fuerat. Nam qui ma-
numittebantur, modo ma-
iorem et iustam libertatem

consequebantur et fiebant
cives romani, modo minorem
et latini lege Iunia Norba-
na fiebant, modo inferiorem
et fiebant ex lege Elia Sen-
tia ex dediticiorum numero. Sed
dediticiorum quidem pessima
condicio iam ex multis tem-
poribus in desuetudinem
abiit. Latinorum vero nomen
non frequentabatur. Ideoque nostra
pietas augere omnia et in
meliorem statum reducere
desiderans duabus constitu-
tionibus hoc emendavit et in
pristinum statum reduxit,
quia et a primis urbis Rome
cunabulis una atque sim-
plex libertas competebat, id est
eadem quam habebat manumis-
sor, nisi quod libertinus sit qui
manumittitur, licet manumis-
sor ingenuus sit. Et dedi-
ticios quidem per constitutionem
nostram expulimus, quam pro-
mulgavimus inter nostras
decisiones, per quas nobis
suggerente Triboniano vi-
ro excelso questore antiqui
iuris altercationes placavi-
mus. Latinos autem Iuni-
anos et omnem que circa eos
fuerat observantiam, iam alia
constitutione per eiusdem
questoris suggestionem cor-
reximus, que inter imperia-
les radiat sanctiones.
Et nos omnes libertos nullo
nec etatis manumissi nec domini

... Inter amicos ... Per epistolam ... aut per testamentum ...
... offensam ... hodie hec omnia tollimus ...
... Aliter ... Latinos ...
... quia ex lege Iunia Norbana inducti erant ...

liber erat unus si servus morte latinus
... dediticius ... liber erat

manumissionis. nec in modo manumissionis discrimine habito sicuti antea observabatur, civitate Romana donavimus: multis additis modis per quos libertas possit servis cum civitate Romana que sola est in presenti prestari.

Qui ex quibus causis manumittere licet.

Non tamen cuicumque volenti manumittere licet. Nam is qui in fraude creditorum manumittit nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Licet autem domino qui solvendo non est testamento servum suum cum libertate heredem instituere, ut fiat liber heresque ei solus et necessarius, si modo nemo alius ex testamento heres extiterit, aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is qui scriptus est qualibet ex causa heres non extiterit. Idque eadem lege Aelia Sentia provisum est et recte: valde enim prospiciendum erat ut egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus, aut hoc eo non faciente creditores res hereditarias servi nomine vendant, ne iniuria defunctus afficiatur. Idem iuris est et si sine libertate servus heres institutus est. quod nostra constitutio non solum in domino qui solvendo non est, sed generaliter constituit nova humanitatis ratione, ut ex ipsa scriptura institutionis et libertas ei competere videatur, cum non est verisimile eum quem heredem sibi elegit, si pretermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse et neminem sibi heredem fore. In fraudem autem creditorum manumittere videtur qui vel iam eo tempore quo manumittit solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo esse. Prevaluisse tamen videtur, nisi animum quoque fraudandi manumissor habuit, non impediri libertatem, quamvis bona eius creditoribus non sufficiant: sepe enim de facultatibus suis amplius quam in his est sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id est et consilio manumittentis et ipsa re, eo quod bona non suffectura sunt creditoribus. Eadem lege Aelia Sentia domino minori annis xx. non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium iusta causa manumissionis approbata fuerit manumissi. Iuste autem

[illegible]

causae manumissionis haec sunt: veluti si quis patrem aut matrem aut filium filiam vel fratres sorores naturales, aut paedagogum aut nutricem educatorem vel alumnum alumnam vel collactaneum manumittat, aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, dum tamen intra sex menses uxor ducatur, nisi iusta causa impediat, et qui manumittitur procuratoris habendi gratia non minor XVII annis manumittatur.

Semel autem causa approbata, sive vera sive falsa sit, non retractatur.

Cum ergo certus modus manumittendi minoribus XX annis dominis per legem elasentiam constitutus sit, eveniebat ut qui XIIII annos expleverat, licet testamentum facere possit et in eo heredem sibi constituere legataque relinquere posset, tamen si adhuc minor sit XX annis libertatem servo dare non poterat. quod non erat ferendum, si is cui totorum bonorum in testamento dispositio data erat, uni servo libertatem dare non permittebatur. quare non similiter ei quemadmodum alias res, ita et servos suos in ultima voluntate disponere, quemadmodum sibi placuerit, sub condicione volumus permittimus, ut et libertatem eis possit praestare.

Sed cum libertas inaestimabilis res est et propter hoc ante XX annum aetatis antiquitas libertatem servo suo dare prohibebat, ideo nos mediam quodammodo viam eligentes non aliter minori XX annis testamento dare servo suo libertatem concedimus, nisi septimum et decimum annum impleverit et XVIII annum tetigerit. Cum enim antiquitas huiusmodi aetati et pro aliis postulare concessit, cur non etiam sui iudicii stabilitas ita eos adiuvare credatur, ut et ad libertatem dandam servis suis possint pervenire?

De lege fusia canina tollenda

Lege fusia canina certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis. quam quasi libertates impedientem et quodammodo invidam tollendam esse censuimus, cum satis fuerat inhumanum vivos quidem licentiam habere totam suam familiam liberam facere, nisi alia causa impediat libertati, morientibus autem huiusmodi licentiam adimere.

De his qui sui vel alieni iuris sunt

Sequitur de iure personarum alia divisio. nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt. Rursus earum quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate parentum, aliae in potestate dominorum sunt.

Videamus itaque de his quae alieno iuri sunt subiectae. nam si cognoverimus quae istae personae sunt, simul intellegemus quae sui iuris sunt. ac prius dispiciamus de his

[illegible]

que in potestate dominorum suorum sunt. In potestate itaque dominorum sunt servi. que quidem potestas iuris gentium est. Nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus dominis in servos vite necisque potestatem esse. et quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur.

Sed hoc tempore nullis hominibus qui sunt sub imperio nostro licet sine causa legibus cognita in servos suos supra modum sevire. Nam ex constitutione divi Pii Antonini qui sine causa servum suum occiderit non minus puniri iubetur quam qui servum alienum occiderit.

Sed et maior asperitas dominorum eiusdem principis constitutione coercetur. Nam consultus a quibusdam presidibus provinciarum de his servis qui ad edem sacram vel statuam principis confugiunt, precepit ut si intollerabilis videatur dominorum sevicia, cogantur servos bonis condicionibus vendere ut pretium dominis daretur. Et recte. Expedit enim rei publice ne quis sua re male utatur. Cuius rescripti ad Elium Marcianum missi sunt verba hec.

Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet nec cuiquam hominum ius suum detrahi. Sed dominorum interest ne auxilium contra seviciam vel famem vel intollerabilem iniuriam denegetur eis qui iuste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt. et si vel durius habitos quam equum est vel infami iniuria affectos esse cognoveris, venundari iube ut in potestate domini non redeant. qui Sabinus si fraude mee constitutioni fecerit, sciat me admissum severius executurum.

De patria potestate

In potestate nostra sunt liberi nostri quos ex iustis nuptiis procreaverimus. Nuptie autem sive matrimonium est viri et mulieris coniunctio individuam vite consuetudinem continens.

Ius autem potestatis quod in liberos habemus proprium est civium Romanorum. Nulli enim alii homines sunt qui talem in liberos habeant potestatem qualem nos habemus. Qui igitur ex te et uxore tua nascitur in tua potestate est. Item qui ex filio tuo et uxore eius nascitur, id est nepos tuus et neptis, et deinceps ceteri, eque in tua sunt potestate et pronepos et proneptis et deinceps ceteri. Qui tamen ex filia tua nascitur in tua potestate non est sed in patris eius.

De nuptiis

Iustas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt qui secundum precepta legum coeunt, masculi quidem puberes, femine vero viri potentes, sive patresfamilias sint sive filiifamilias, dum tamen filiifamilias consensum habeant

Potestate. quid ergo de emancipatis. uidet idem. ut. C. l. in due. h. illud consilium est nō preceptum q̄ possit dicit. ff. de lo. pol. q̄. tab. l. ii. §. si emancipatus. ⁊ ff. e. filius emancipatus. ⁊ ciuili. q̄ est in potestate de iure ciuili romanorum. ut. S. ti. i. §. ius. | Naturali. q̄ pater ⁊ q̄ parentis consentit ut. ⁊. d. pup. subst. §. i. | Debeant. al' nō. h. ut ff. de sta. ho. l. pauli. h. uidetur tamen consentire si contradicat expresse. ut ff. de spon. l. in spon. §. fi. uii. i. q̄ plus consensus exigitur. | Dicere posset cum pri. possit nobis consentire. ut ff. de iure codicillorum. l. ii. §. fin. solut. | Sup filio. nam de filia facile sit

L Sz non tamen. q̄ ut. ad . vii. gradum secundum canones. ut. prehib. q̄ u. pergemen. ⁊ c. consanguinitatem. ⁊c. cum in exceptione ⁊c. nulli. h. secundum l. ut. ad quartum. ut. ⁊. e. §. fit. id hodie iure canonico. ut ex. de consang. ⁊ affi. c. gradus. | Quandoque. sic ff. de u. ob. l. si stipulet. §. ut q̄ leges si. sic ff. de lib. ⁊ postu. l. si quis postumum. in fi. | Dissoluta. q̄ ipse emancipata. ut differat a sequenti casu. emancipatus fuit. h. id q̄ emancipatione facta desinit esse per agnata. rich. ppriem non potest esse agnata filio adoptiuo. ut ff. de adop. l. q̄ in adoptionem hodie uo ti desinit. ut. j. de sima agri. sic §. fi. ⁊ id h. consilium hodie non ualet. | Fili' uo. sic opponitur filiam cum ut ame ducere nō possum neptem possum q̄ est in consobrina. ut. j. e. §. duorum. h. hunc regulam secte uel lige in eo casu in quo loquitur ⁊ in omni simili. s. cum ego ⁊ illa cuius filiam ducere nō possum sumus in eo gradu ⁊ in potestate eiusdem ⁊ h. in naturalibus. secus in adoptiuis. ut in c. proxi. | Ciuili. de iuli constat. de ciuili sic plo. illa filia sororis adoptiue nō est in potestate patris ut. j. de hered. q̄. ⁊ dif. §. ceci. §. non tamen in potestatem illius qui adoptatus in tale licet maritus dicat. q̄ illi nascentur cum alius qui sunt in potestate. ut. j. c. i. §. illud ff. de adop. si ipse ac ipse in adoptiua nec est coniuncta agnatione per patrem in cuius potestate est. ut ff. de adop. l. qui in adoptionem datum

Candidior eaq̄ est in ea. ut in aut. de nō elig. §. cum g. coll. i. | Decisio. i. sententia ul' lex. ut C. e. l. si furiosi. | Furiosi. id est si captus ab hostibus fuit per tempus ⁊ nescit utrum uiuat ul' non. ut ff. e. si nepos. §. i. tam. ⁊ sec ita.

parentum in quorum potestate sunt. nam h. fieri debere ⁊ ciuilis ⁊ naturalis ratio suadet in tantum ut nullus parentum precedere debeant. Unde quesitum est an furiosi filia nubere aut furiosi filius uxorem ducere possit. Cumque super filio uariebatur ma. precessit decisio q̄ permissum est ad exemplum filie furiosi posse sine patris interuentu uinculum copulare. secundum datum ex constitutione ma. modum. Ergo nō omnes nobis uxores ducere licet. nam quarundam nuptiis abstinendum est. Inter eas enim personas que parentum liberorum ue locum optinent inter se nuptie contrahi nō possunt. ueluti inter patrem ⁊ filiam. ul' auum ⁊ neptem. ul' matrem ⁊ filium. uel auiam ⁊ nepotem ⁊ usque ad infinitum. Et si tales persone inter se coierint nepharias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hec adeo ita sunt ut quamuis per adoptionem parentum liberorum ue loco sibi esse ceperint. nō possint inter se matrimonio iungi. in tantum ut et dissoluta adoptione. id iuris maneat. Itaque eam que tibi per adoptionem filia aut neptis esse cepit. non poteris uxorem ducere quamuis eam emancipaueris. Inter eas quoque persone que ex transuerso gradu cognationis iunguntur. est quedam similis obseruatio. h. non tanta. Sane. n. inter fratrem ⁊ sororem nuptie prohibite sunt. siue ab eodem patre eademque matre fuerint nati. siue ex altero eorum. Sz ⁊ si qua per adoptionem soror tibi esse cepit quandiu constat adoptio. sane inter te ⁊ eam nuptie consistere non possunt. Cum uero per emancipationem adoptio dissoluta sit. poteris eam ducere in uxorem. Sz si tu emancipatus fueris nichil est impedimento nuptiis. Et ideo constat si quis generum adoptare uelit. debere eum ante filiam emancipare suam. Et si quis uelit nurum adoptare debere eum ante filium suum emancipare. Fratris uero ul' sororis filiam uxorem ducere non licet. Sz nec neptem fratris ul' sororis quis ducere potest quamuis in quarto gradu sint. Cuius. n. filiam uxorem ducere non licet. eius nec neptem permittitur. Eius uero mulieris quam pater tuus adoptauit filiam nō uideris impediri uxorem ducere. q̄ neque naturali neque ciuili iure tibi iungitur. Duorum autem fratrum ul' sororum liberi. uel fratris ul' sororis. iungi possunt. Item amitam licet adoptiuam ducere uxorem non licet. Item materteram. q̄ parentum

Patrum. s. cum auctoritate curatoris ⁊ dos. s. quantitate personarum presertim dandarum. ut C. de nuptiis. ⁊. l. si furiosi. h. iure canonum sufficit eorum consensus de quorum matrimonio agitur. h. illud forte in alius nō in filius intelligitur. ul' forte dico q̄ ⁊ h. corrigitur id q̄ honesta res est si quis tractare monasterium ut in aut. de sanc. epis. §. nunc aut. sg. secundum precepta legum fi. unit mitria. §. ⁊c. | Non omnes. s. mulieres | Inter eas personas. ut adeo si adam uiueret. non posset hyre uxorem. s. eo. uii possit iungi.

Iungi possunt. h. ⁊. l. ut. h. ⁊ c. e. l. celebrandis. secus in iure canonico. ul' dic hic. §. loquitur de adop. secus in illis. | Materteram. nō tamen h. si repetit adoptiuam quia materteram auunculus nō sicut per adoptionem ut h. ⁊ c. e. §. ff. e. §. sig. §. fi. h. ⁊ c.

uideatur. ut ff. e. §. si q̄ per adop. §. fi. ⁊ illud ymillo qui adoptionem adopto nepotem. q. ex filia nat. q̄ possum. ut. j. ti. l. licet amite est sorori ⁊ fit eius loco cui filii sal adoptio est matertera ⁊ auunculus est ut pz. h. ac cum sunt concordantis loquitur qui ē soror patris adoptiue filius ut patet. ut. S. e. §. eius

[illegible]

Quot cum p̄ [illegible] cessante causa cessat [illegible] effectus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

Amita ... soror patris mei
[illegible]

[illegible] (marginal notes in the upper margin)

magnam materiam. magna materia est soror auie. [illegible] magna soror aui [illegible] de gradibus [illegible] et cum sint in quarto gradu [illegible] prohibentur [illegible] persone sunt superiores [illegible] [illegible] maiores [illegible] abstinentia [illegible] superiores uel inferiores [illegible] per transuersalem [illegible] duorum. affinitatis [illegible] personarum [illegible] omni tenent parentela. ut [illegible]

loco habentur. qua ratione uerum
est. magnam quoque ami-
tam et magnam materteram
prohiberi uxorem ducere. Af-
finitatis quoque ueneratione
quarundam nuptiis abstine-
re necesse est. ut ecce priuignam
aut nurum uxorem ducere
non licet. quia utreque loco fi-
lie sunt. quod scilicet ita acci-
pi debeat. si fuit nurus aut
priuigna tua. et modo non
est. nam si adhuc nurus
est id est si adhuc nupta est
filio tuo alia ratione uxorem
ducere non possis. quia duobus
eadem nupta non esse po-
test. Item si adhuc priuigna
tua est. idem si mater eius
tibi nupta est. ideo eam uxorem
ducere non poteris. quia duas
uxores eodem tempore habere
non licet. Socrum quoque
et nouercam prohibitum
est uxorem ducere quia matris
loco sunt. quod et ipsum disso-
luta demum affinitate pro-
cedit. alioquin si adhuc no-
uerca est. id est si adhuc patri tuo
nupta est. communi iure impedi-
tur tibi nubere. quia duobus nup-
ta esse non potest. Item si
adhuc socrus est. id est si adhuc
filia eius tibi nupta est.
ideo impediuntur nuptie quia
duas uxores habere non licet.
Mariti tamen filium ex alia uxo-
re et uxoris filiam ex alio
marito uel econtra matrimonium re-
cte contrahuntur. licet habeant
fratrem sororemue ex matrimonio

postea contracto natos.
Sed si uxor tua post diuortium
ex alio filiam procreauerit. hec
quidem non est tua priuigna.
sed et Iulianus huiusmodi nuptiis
abstinere debere ait. nam
nec sponsam filii nurum esse
nec patris sponsam nouercam con-
stat esse. rectius tamen et iure
facturos eos qui huiusmodi nuptiis
se abstinuerint. Illud tamen
certum est seruiles quoque cog-
nationes impedimento esse
nuptiis. si pater forte et filia
aut frater et soror manumissi
fuerint. Sunt et alie
persone que propter diuersas rationes
nuptias contrahere prohibentur.
quas in libris digestorum seu
pandectarum ex ueteri iure col-
lectarum enumerari permisimus.
Sed si aduersus ea que diximus
aliqui coierint. nec uir nec
uxor nec nuptie nec matrimonium nec
dos intelligitur. Itaque hi qui
ex eo coitu nascuntur in po-
testate patris non sunt. sed ta-
les sunt quantum ad patriam
potestatem pertinet quales
sunt hi quos mater uul-
go concepit. nam nec hi
patrem habere intelliguntur.
cum his etiam pater incertus est.
unde solent filii spurii ap-
pellari. uel a greca uoce
quasi sporaden con-
cepti. uel quasi sine patre filii.
Sequitur ergo ut et dissolu-
to tali coitu nec dotis exa-
ctioni locus sit. Qui autem prohi-
bitis nuptiis coheunt et alias

[illegible] (gloss, right column and right margin)

[illegible] (gloss, left of the text columns)

[illegible] (gloss at the foot of the first column)

[illegible] (gloss at the foot of the second column)

[illegible] (boxed note at the foot of the first column)

[illegible] (gloss at the foot of the first column, below the boxed note)

[illegible]

penas faciunt que sacris constitutionibus continentur.

Aliquando autem evenit ut liberi qui statim ut nati sunt in potestate parentum non fiant, postea autem redigantur in potestate patris. Qualis est is qui dum naturalis fuerat postea curie datus potestati patris subicitur; nec non is qui ex muliere libera procreatus, cuius matrimonium minime legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione dotalibus instrumentis compositis in potestate patris efficitur. Quod aliis liberis ex eodem matrimonio si fuerint procreatis similiter nostra constitutio prebuit.

De adoptionibus.

Non solum autem naturales liberi secundum ea que diximus in potestate nostra sunt, verum et hii quos adoptamus.

Adoptio autem duobus modis fit, aut principali rescripto aut imperio magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos eas ve qui que ve sui iuris sunt. que species adoptionis dicitur adrogatio. Imperio magistratus adoptamus eos eas ve qui que ve in potestate parentum sunt, sive primum gradum liberorum optineant, qualis est filius filia, sive inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis.

Sed hodie ex nostra constitutione cum filius familias a patre naturali extranee persone in adoptionem datur, iura potestatis patris naturalis minime dissolvuntur, nec quicquam ad adoptivum patrem transit, nec in potestate eius est, licet ab intestato iura successionis ei a nobis tributa sunt.

Si vero pater naturalis non extraneo, sed avo filii sui materno, vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, et avo paterno vel proavo simili modo paterno vel materno filium suum in adoptionem dederit: in hoc casu quia in unam personam concurrunt et naturalia et adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptivi et naturali vinculo copulatum et legitimo adoptionis modo constrictum, ut et in familia et potestate patris adoptivi sit.

Cum autem impubes per principale rescriptum adrogatur causa

[illegible]

cognita quia sunt cause cognitionis [illegible] que licitant, per ordinem scripta sunt [illegible] si pater [illegible] in arrogationibus [illegible] et quantum [illegible] in persona impuberum [illegible] | honesta id est non eo proposito ut eius res devoret [illegible] | caveat id est cautione promittat [illegible] | persone qui [illegible] publice [illegible] | venturi vel iure successionis ex testamento vel ab intestato vel in universali vel singulari [illegible] legatariis omnibus enim consulit hac cautione pupillo decedente in pupillari etate. [illegible] si postea substituto [illegible] pupilli [illegible] de pup. [illegible] non est [illegible] hac cautione admittatur [illegible] ex testamento [illegible] non.

cum testamentum rumpitur [illegible]

[illegible] et arrogatione [illegible] non [illegible] numquid [illegible] hac cautione admittentur? [illegible] non. [illegible] omnia iure peculii occupa[illegible]

[illegible] causa cognita arrogatio permittitur, et exquiretur causa arrogationis, an honesta sit, expediatque pupillo; et cum quibusdam conditionibus arrogatio fit, id est ut caveat arrogator persone publice, id est tabulario, si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis qui, si adoptio non esset facta, ad successionem eius venturi essent. Item non aliter emancipare eos potest arrogator, nisi causa cognita digni emancipatione fuerint, et tunc bona sua illis reddat. Sed et si decedens pater eum exheredaverit, vel vivus sine iusta causa emancipaverit, iubetur quartam partem bonorum suorum ei relinquere, videlicet preter bona que ad patrem adoptivum transtulit, et preter illa quorum commodum ei adquisivit postea.

Minorem natu non posse maiorem adoptare placet: adoptio enim naturam imitatur, et pro monstro est ut maior sit filius quam pater. Debet itaque is qui sibi per arrogationem vel adoptionem filium facit, plena pubertate, id est decem et octo annis precedere.

Licet autem et in locum nepotis vel in locum pronepotis vel in locum neptis vel proneptis vel deinceps adoptare, quamvis filium quis non habeat. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quam nepotem in locum filii. Sed et si quis nepotis loco adoptet vel quasi ex eo filio quem habet iam adoptatum, vel quasi ex illo quem naturalem in sua potestate habet, in eo casu et filius consentire debet, ne ei invito suus heres adgnoscatur. Sed ex contrario si avus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire.

In plurimis autem causis assimilatur is qui adoptatur vel arrogatur ei qui ex legitimo matrimonio natus est. Et ideo si quis per imperatorem sive apud pretorem vel apud presidem provincie non extraneum adoptaverit, potest eundem in adoptionem alii dare. Sed et illud utriusque adoptionis commune est, quod et hi qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt. Castrati autem non possunt.

[illegible] annorum, id est decem et octo annos debet habere plus adoptans quam adoptatus, quia sufficiunt in mare plenam pubertatem tanti temporis. Sed numquid si plures adoptat debet pluribus precedere in tanto tempore? non, ut puto, cum [illegible] uno anno ex diversis [illegible] possit habere filios plures, et adoptio hoc imitatur [illegible] et non pluribus modis [illegible] pubertatem plenam, nam medium [illegible] annorum [illegible] | non habeat vel licet [illegible] | in loco [illegible] nepotem ex uno [illegible] filio natum [illegible] | consentire [illegible] quod non est in aliis cognatis [illegible] possent [illegible] successione [illegible] cum adoptio [illegible] filius consentiet bene est, et recidet nepos adoptivus in potestatem suam, scilicet filii, mortuo patre [illegible] si quis nepotem. Si autem non consentiet, tunc agnoscatur [illegible] nepos suus efficitur heres cum filio invito [illegible] et recidit in potestatem eius [illegible] succedere ut filium, licet non sit filius suus [illegible] nepotem [illegible] ex alio filio premortuo [illegible] quo casu [illegible] cum patruo admittetur [illegible] de her. [illegible] ab intest. [illegible] | alii dicunt hoc totum invito eo agnoscatur ei id est [illegible] quoad successionem [illegible] in id redit | alii dicunt hoc totum ei invito id est avo invito qui voluntate sua [illegible] adoptare | [illegible] et sic dicatur invitus [illegible] isto hoc nepos invito avo et filio adoptat[illegible] non succedit una cum filio, sed demum eo mortuo [illegible] | [illegible] filius impediet [illegible] filii sui et avo volente, et non impediet hunc eundem actum [illegible] quia [illegible] individuum [illegible] Sed videtur quod sic, nam [illegible] filius in duobus, et in hereditate sui [illegible] ad filium suum [illegible] | [illegible] | adoptionis [illegible] hodie [illegible] nam

[illegible] cum queritur [illegible] dum est vel limum plus [illegible] hodie | comoda. repetere [illegible] comoda [illegible] filius arrogatus post arrogationem adquisivit patri [illegible] usumfructum [illegible] ad instar [illegible] non excludit [illegible] | [illegible] natu id est [illegible] | [illegible] aliqui [illegible] et in pluribus.

[illegible] succedit et in suam potestatem recidit [illegible] de adop. l. cum in adoptivis [illegible] | In plurimis [illegible] ab intest. [illegible] | [illegible] ut sic transeat in suam potestatem [illegible] hodie [illegible] pro monstro est [illegible] de statu ho. l. non sunt liberi. | vel maior [illegible] tempore non persona.

Quid [illegible] sunt liberi [illegible] exemplis [illegible] ex coeuntibus licitis et de [illegible] licita [illegible] et ex [illegible] filii [illegible] adoptivi [illegible]

[illegible]

possunt. Femine adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent. Sed ex indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt.

Illud proprium est illius adoptionis que per sacrum oraculum fit, quod is qui liberos in potestate habet, si se ad arrogandum dederit, non solum ipse potestati arrogatoris subicitur, set et liberi eius in eiusdem fiunt potestate tanquam nepotes. Sic et enim divus Augustus non ante Tiberium adoptavit quam is Germanicum adoptavit, ut protinus adoptione facta incipiat Germanicus Augusti nepos esse.

Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, servi si a domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari. Unde et nos eruditi in nostra constitutione et eum servum quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverit, liberum esse constituimus, licet hoc ad ius filii accipiendum ei non sufficiat.

Quibus modis ius potestatis solvitur.

Videamus nunc quibus modis hi qui alieno iuri subiecti sunt, eo iure liberantur. Et quidem servi quemadmodum a potestate liberantur, ex his intelligere possumus que de servis manumittendis superius exposuimus. Hi vero qui in potestate parentis sunt, mortuo eo sui iuris fiunt. Sed hoc distinctionem recipit. Nam mortuo patre sane omnimodo filii filieve sui iuris efficiuntur; mortuo autem avo non omnimodo nepotes neptesque sui iuris fiunt.

Si vero is quo tempore moritur avus aut iam mortuus est aut exiit de potestate patris, sui iuris fiunt.

Cum autem is qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur civitatem amittit, sequitur ut qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde ac si mortuo eo desinant liberi in potestate eius esse. Pari ratione et si is qui in potestate parentis sit in insulam deportatus fuerit, desinit in parentis potestate esse. Sed si ex indulgentia [illegible]

Sed si post mortem avi in potestate patris sui recasuri non sunt [illegible] avo post eorum [illegible] in potestate patris sui esse, tunc post obitum avi in [illegible] sui potestate fiunt.

[illegible]

[illegible]

principali testamenti fue-
runt per omnia constitutum
graduum vel statum reci-
piunt. ¶ Relegati autem
patres in insulam in po-
testate sua liberos retinent; et
e converso liberi relegati in
potestate parentum remanent.
¶ Pene servi effecti filios in
potestate habere desinunt. Ser-
vi autem pene efficiuntur qui
in metallum damnantur
et qui bestiis subiciuntur.
¶ Filiusfamilias si militaverit vel
si senator vel consul fuerit
factus, manet in potestate
patris. Militia enim vel con-
sularia dignitas de patris
potestate filium non liberat. Sed
nostra constitutione summa
patriciatus dignitas imperi-
alibus codicillis prestitis a
patris potestate liberat filium.
Quis enim patiatur patrem
quidem posse per emancipa-
tionis modum sue po-
testatis nexibus filium relaxare,
imperatoriam autem
celsitudinem non valere
eum quem sibi patrem elegit ab
aliena eximere potestate.
¶ Sed si ab hostibus captus

fuerit parens, quamvis servus hosti-
um fiat, tamen pendet ius li-
berorum propter ius postliminii; quia
hii qui ab hostibus capti sunt,
si reversi fuerint, omnia pristi-
na iura recipiunt. Idcirco
reversus et liberos habebit in po-
testate, quia postliminium
fingit eum qui captus est
semper in civitate fuisse. Si
vero ibi decesserit, exinde ex quo
captus est pater, filius sui iuris
fuisse videtur. ¶ Ipse quoque
filius neposve si ab hostibus
captus fuerit, similiter dicimus
propter ius postliminii ius quoque
potestatis parentis in suspen-
so esse. ¶ Dictum est autem
postliminium a limine et post.
Unde eum qui ab hostibus
captus est, in fines nostros
postea pervenit, postliminio
reversum recte dicimus. Nam
limina sicut in domibus
finem quendam faciunt, sic
et imperii finem limen esse
veteres voluerunt. Hinc et
limes dictus est quasi finis quidam
et terminus. Ab eo et postlimini-
um dictum est quia limine eo-
dem revertebatur quo amissus
erat. Sed et qui captus victis

[illegible]

[illegible]

hostibus recuperatur postlimi-
nio redisse existimatur.

Preterea emancipatione quoque
desinunt liberi in potestate pa-
rentum esse. Sed emancipatio
quidem antea vel per anti-
quam legis observationem pro-
cedebat, que per imaginari-
as venditiones et intercedentes
manumissiones celebrabatur,
vel ex imperiali rescripto. Nostra
autem providentia et hoc in melius
per constitutionem reformavit,
ut fictione pristina
explosa recta via apud com-
petentes iudices vel ma-
gistratus parentes intrent et
filios et filias vel nepotes
vel neptes ac deinde sua
manu dimitterent. Et tunc
ex edicto pretoris in huius
filii vel filie vel nepotis vel
neptis bonis, qui vel que a
parente manumissus vel
manumissa fuerit, eadem
iura prestantur parenti que tri-
buuntur in bonis liberti pa-
trono. Et preterea si impuber
sit filius vel filia vel ceteri,
ipse parens ex manumissio-
ne tutelam eius nancis-
citur.

Admonendi autem
sumus liberum arbitrium esse
ei qui filium et ex eo nepotem
vel neptem in potestate ha-
bet, filium quidem de potestate
dimittere, nepotem vel nep-
tem retinere, et ex diverso fi-
lium quidem in potestate re-
tinere, nepotem vero vel
neptem manumittere. Eadem
de nepte et pronepte dicta
esse intelligantur, vel omnes
sui iuris efficere.

Sed et si
pater filium quem in potestate habet
avo vel proavo naturali se-
cundum nostras constitutiones super his
habitas in adoptionem dederit,
id est si hoc ipsum actis intervenien-
tibus apud competentem iudi-
cem manifestaverit presente
eo qui adoptatur et non con-
tradicente, nec non eo qui ad-
optat, solvitur quidem ius potestatis
patris naturalis, transit autem
in huiusmodi parentem adoptivum, in
cuius persona adoptionem plenis-
simam esse antea diximus.

Illud autem scire oportet quod si
nurus tua ex filio tuo con-
ceperit et filium postea eman-
cipaveris vel in adoptionem de-
deris pregnante nuru tua,
nihilominus quod ex ea nascitur in potestate tua

[illegible]

ex manumissione, i. emancipatione. ac. [illegible]

[illegible]

naturales. Et si post emancipationem vel adoptionem filius conceptus, patris sui emancipati vel adoptati potestati subicitur. Et quidem neque naturales liberi neque adoptivi nullo pene modo possunt cogere parentem de potestate eos dimittere.

De tutelis

Transeamus nunc ad aliam divisionem personarum. Nam ex his personis que in potestate non sunt, quedam vel in tutela sunt vel in curatione sunt, quedam neutro iure tenentur. Videamus igitur de his que in tutela sunt vel in curatione. Ita enim intelligemus ceteras personas que neutro iure tenentur. Ac prius dispiciamus de his que in tutela sunt. Est autem tutela, ut Servius diffinivit, ius et potestas in capite libero ad tuendum eum qui propter etatem se defendere nequit, iure civili data ac permissa. Tutores autem sunt qui eam vim ac potestatem habent, ex qua re ipsi nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores quasi tuitores atque defensores, sicut editui dicuntur qui edes tuentur. Permissum est itaque parentibus liberis impuberibus quos in potestate habent testamento tutores dare. Et hoc in filios filiasque omnimodo procedit. Nepotibus tamen neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in patris sui potestatem recasuri non sunt. Itaque si filius tuus mortis tue tempore in potestate tua sit, nepotes ex eo non poterunt testamento tuo tutorem habere, quamvis in potestate tua fuerint, scilicet quia mortuo te in patris sui potestatem recasuri sunt. Cum autem in compluribus aliis causis posthumi pro iam natis habentur, et in hac causa placuit non minus posthumis quam iam natis testamento tutores dari posse, si modo in ea causa sint, ut si vivis parentibus nascerentur, sui heredes et in potestate eorum fierent. Sed si emancipato filio tutor a patre datus testamento fuerit, confirmandus est ex sententia presidis omnimodo, id est sine inquisitione.

Dari. testamento patrisfamilias non tantum testamento qui tutor dat. loqui et audire debet ut ff. de tutelis l. i. § ... si filius ... cui sit tutela vel pupillaris ... ut ... de excu. tu. ... ad trebell. l. nam ... de his qui sui vel alieni iuris sunt ... filiusfamilias ... de administratione tu. l. lucius titius. | testamento ... liberi tutores dari non possunt ... | et sine libertate ... directam. imo videtur per fideicommissum libertas ... ut C. de fidei. ... et si non acceptaverit ... codicillis vel per epistolam ... alia ratione non videtur valere datio ... qui testamentum habet facere ... testamento ... in pallium ... ut ff. de hered. ... aliquid recipere ex testamento. | Sed et servus. ... ut C. de testam. ... [illegible]

[illegible]

[Qui testamento tutores dari possunt]

Dari autem potest tutor non solum patrifamilias sed et filiofamilias. Sed et servus proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest. Sed sciendum est eum et sine libertate tutorem datum tacite et libertatem directam accepisse videri et per hoc recte tutorem esse. Plane si per errorem quasi liber tutor datus sit, aliud dicendum est. Servus autem alienus pure inutiliter testamento datur tutor. Sed ita cum liber erit utiliter datur. Proprius autem servus inutiliter eodem modo datur tutor. Furiosus vel minor xxv annis tutor testamento datus tunc erit tutor cum compos mentis aut maior xxv annis effectus fuerit. Ad certum tempus seu ex certo tempore vel sub condicione vel ante heredis institutionem posse dari tutorem non dubitatur. Certe autem rei vel cause tutor dari non potest, quia persone non rei vel cause datur. Si quis filiabus suis vel filiis tutores dederit, et postumo vel postume videtur dedisse, quia filii et filie appellatione et postumus et postuma continentur. Quid si nepotes sint, an appellatione filiorum et ipsis tutores dati sunt? Dicendum est ut ipsis quoque dati videantur, si modo liberos dixit. Ceterum si filios, non continebuntur; aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Plane si postumis dederit, tam filii postumi quam ceteri liberi continebuntur.

[De legitima agnatorum tutela]

Quibus autem testamento tutor datus non sit, his ex lege xii tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Sunt autem agnati cognati per virilis sexus personas cognatione iuncti, quasi a patre cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius neposve ex eo, item patruus et patrui filius neposve ex eo. At qui per feminini sexus personas cognatione coniunguntur, non sunt agnati, sed alias naturali iure cognati. Itaque amite tue filius non est tibi agnatus, sed cognatus.

filii. quia hoc dicto comprehendit postumum et postumam et masculinum possit concipere ... hoc dicto filie comprehendit utrumque. nam ... postumum ... femininum non concipiat masculinum ut ff. de v. s. ... tel. ... quos ... legatis ... appellatione ... nepotes et ... continentur cum de eorum commodo tractetur. ut ff. de ... l. qui ... ut ff. de testa. tu. l. si quis ... l. si quis filiabus ... | si filios. | appellantur ab omnibus in usu sui consuetudine ... ubi ... filius a filio ... nepos filius ... aliquis diligit ... dilectione ut ff. de v. sig. l. liberorum ... qui ceteri ... ff. de v. sig. l. nomen ... ceteri ... ex filiis nascuntur ... qui sui postumi sunt ... l. velleianus ut ff. de liberis ... postumorum ... l. gallus ... [illegible]

Cognati. nomen cognationis generale est agnationis speciale. nam omnis agnatus est cognatus sed non e contrario ... ut ff. de ... | Et patruus ... fuit eodem patre natus cum patre tuo. alioquin est cognatus ut C. de leg. hered. ... cum autem ... masculus ... | amite. ... amita est tibi agnata ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

et invicem. sic tamen illi eodem
iure coniunguntur. quia qui nati
sunt patris non matris fa-
miliam sequuntur. Sed autem
lex ab intestato vocat ad
tutelam agnatos. non hanc
habet significationem si omnino non
fecit testamentum is qui po-
terat tutores dare. sed si
quantum ad tutelam per-
tinet intestatus decesserit. quod
tunc quoque accidere intelligitur
cum is qui datus est tutor
vivo testatore decesserit.

Sed agnationis quidem ius
omnibus modis capitis dimi-
nutione quidem plerumque
perimitur. Nam agnatio
iuris nomen est. cognationis
vero ius non omnibus modis commu-
tatur. quia civilis ratio civilia
quidem iura corrumpere potest
naturalia vero non utique.

De capitis minutione

Est autem capitis dimi-
nutio prioris status com-
mutatio. eaque tribus
modis accidit. Nam
aut maxima est capitis
diminutio aut mi-
nor quam quidem mediam
vocant aut minima.

Maxima capitis diminutio
est cum aliquis simul et
civitatem et libertatem amit-
tit. quod accidit in his qui ser-
vi pene efficiuntur atrocitate
sententie. vel liberti ut
ingrati circa patronos con-
dempnati. vel qui se ad pre-
tium participandum venum
dari passi sunt.

Minor
capitis seu media dimi-
nutio est cum civitas quidem
amittitur. libertas vero retinetur.
quod accidit cui aqua et igni
interdictum est. vel ei qui in in-
sulam deportatus est.

Mi-
nima autem capitis diminu-
tio est cum et civitas et li-
bertas retinetur. sed status hominis
commutatur. quod accidit in his
qui cum sui iuris fuerunt
ceperunt alieno iuri sub-
iecti. vel contra veluti si filius
emancipatus fuerit. est capi-
te diminutus.

Servus autem qui
manumissus est capite non
minuitur. quia nullum caput
habuit. Quibus autem dignitas
magis quam status permuta-
tur. capite non minuuntur.
et ideo senatu motos ca-
pite non minui constat.

Quod autem dictum est ne quidem ... manere

[illegible]

Cognationis .i. iuris succedendi et ad tutelam vocandi pertinet. sed ipsa consanguinitas non. ut ff. de reg. iur. l. iura sanguinis cum sit de iure naturali. ut s. de iure naturali. § pl. et s. de nup. § illud. Sed quia agnatis defertur primo cognatis. ut s. ti. i. in prin. per agnatos. ut j. de he. q. ab intest. § admonendi. | Si manumissus. aliud si restitutus sed. Jo. ut ff. ad orficianum. l. vi. § qui mortis. C. de sen. pat. l. fi. et ff. de q. ta. l. i. § fi. et l. ii. q. ut ff. de reb. dubiis. Si cognatus. set. in legato in quo utitur iure naturale. ut ff. e. l. legatum. vel .i. loquitur de cognatione iuris civilis. que per adoptionem constituuntur. ut j. de lima ag. suc. § p. adop. Sed non de illa cognatione. ut ff. de gradibus cognationis. non facile § i. ff. q. j. de suis cognitione in fi. i. xx. Solo. Sed loquitur de his qui primo fuerunt liberi et postea illi quorum delicto contingit. unde non dicitur hic modum. ut ff. so. ma. si ad hostibus § i. ff. de im. cap. et pos. si indignum est. Set licet ex illa corrigitur vel alio non corrigitur [illegible] ... extra [illegible]. Sed si in insulam. Sed pone [illegible] de media. s. s. in. § de co. cognatio .i. ius cognationis [illegible] ... Cum autem pertinet. ut s. ti. i. xx. gradu. facto adhuc ff. de [illegible] l. illa. Si plures. ff. de sepul. vi. l. iii. § si ad plures hodie non [illegible] ... agnatos tam ad agnatos quam ad cognatos defertur tutela sicut hodie hereditas ut in aut. de hered. q. ab intest. § ex his coll. ix. | Si plures. ... isti duo [illegible] ... optinent ... vocantur. Sed ego [illegible].

Iusserat lex. s. xii. ta. ut j. de suc. li. i. xx. | veteres. s. sapientes legem. s. eand. xii. ta. | vocat. s. xii. ta. ut j. de lima ag. suc. § i. | Iussit. ut j. de lima agn. suc. i. xx. et sic non sed quia ubi est equitas idem ius statuendi est. ut ff. ad l. aquil. illud. ut ff. de forte. l. i. § mediatum. plerumque. quia si dicto statu sublato facit ad hanc regulam ff. de regul. iur. l. [illegible] ... j. de ghen. emp. et ven. § cum aut. et C. de furtis l. manifesti § sed cum in sa. vel. de cadem coll. per sedo. ff. de periculo et comodo rei ve. vel idem quod actum est. | tutor. et ita apud alium est hereditas et apud alium tutela. s. agnatum vel cognatum. unde ff. de tutel. l. i. § i. [illegible] ... manumittentes succedit in hereditatem ... non tenent tutor. ut j. de fiduc. tu. in fi. et de lima tu. l. i. § ... pone [illegible].

cognationis et per capitis diminutionem. Hoc ita si minima capitis diminutio interveniat. manet enim ad succedendum cognatio. Nam si maxima capitis diminutio incurrat. ius quoque cognationis perit. ut puta servitute alicuius cognati. et ne quidem si manumissus fuerit recipit cognationem. Sed et si quis in insulam deportatus fuerit cognatio solvitur. Cum autem ad agnatos tutela pertineat. non simul ad omnes pertinet sed ad eos tantum qui proximiore gradu sunt. vel si eiusdem gradus plures sunt. ad omnes pertinet. veluti si plures fratres sunt qui unum gradum optinent. et ideo pariter ad tutelam vocantur.

De legitima patronorum tutela.

Ex eadem lege xii tabularum libertorum et libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet. Que et ipsa legitima tutela vocatur. non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur. sed quia per[illegible] posthumo [illegible] per interpretationem [illegible]bus introducta esset. Eo enim ipso quod hereditates libertorum libertarumque si intestati decessissent iusserat lex ad patronos liberosve eorum pertinere. crediderunt veteres voluisse legem et ad eos tutelam pertinere. cum et agnatos quos ad hereditatem vocat eosdem et tutores esse iussit. quia plerumque ubi successionis est emolumentum ibi et tutele onus esse debet. Ideo autem diximus plerumque quia si a femina impubes manumittatur ipsa ad hereditatem vocatur cum alius est tutor.

De legitima parentum tutela.

Exemplo patronorum recepta est et alia tutela. que et ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium aut filiam nepotem aut neptem ex filio et deinceps impuberes emancipaverit legitimus erit tutor eorum.

De fiduciaria tutela.

Est et alia tutela que fiduciaria appellatur. Nam si parens filium vel filiam nepotem vel neptem vel deinceps impuberes manumiserit legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo de-

Ex eadem lege. s. per interpretationem non quia ubi erat ut subiicit. et ff. de le. tu. l. tutela. i. xx. | ad patronos. quocumque modo manumittentes. nisi libertas detur a lege. ut ff. de lima. tu. ex tute legis. nisi ex ubis non tu. sed ante si persone eorum sunt vulgares et minus honeste. ut aut non duc tutele aut pro aut ca. admittat satisdationem. ut ff. e. l. libos. lima § i. et § ii. vel alii inde indistincte satisdent. ut ff. de satisd. tu. § fi. | imperator. s. iuris consultorum.

Exemplo. s. et in patronorum. iuris consultorum recepta erit s. qui emancipavit. Sed ipse in loco est patroni. ut s. ti. i. in fi. et facit. s. quibus mo. ius pa. po. sol. § preterea. | Si impubes. et j. ti. i. xx.

Est et alia tutela. alio nomine vocata.

Impubes. nam si puber non est tutor eorum. ut ff. de testa. tu. l. a . nullissimos § licuit. ar. q. ut in aut. ubi qui ob. § i. coll. vi. | manumiserit. i. emancipaverit. ut ff. qui a. an. est de pe. l. i. § i. et facit s. ti. i. ff. e. tutela § fi. et l. sequenti.

[illegible]

Defuncto. s. patre. Liberi. qui remanserunt in potestate patris. Idem puto et si illi fuerint emancipati. si autem impuberes cum puberes in potestate remanserint recidunt in potestatem patris sui qui filii sunt. Sed licet et fiduciariam tutelam sui fratris recipiunt. ut s. quibus mo. ius pa. po. sol. § i. et s. de tutel. § permissum. Filiorum. s. et nepotum defuncti qui habuit filium et ex eo nepotem. Vel sororis. sed certe hic videtur esse legitimus. ut C. de excep. l. ad usus. quod contra. sed certe qui fiduciarius est legitimus est per interpretationem licet aliud nomen habeat s. fiduciarius. et illum receptum est quod habuit ut legitimus fiduciarium appellaret. Atqui. pro certe. al. atqui. s. ac pro sed et qui pro certe. et est primo contra op. quod filii patronorum sunt legitimi. ut s. de legitima pa. tu. i. Sed et isti filii ita sic ad [illegible] qui filius et certe [illegible] non tenet [illegible] qui non debet residere. Sed filii illi erant recasuri in potestate eius. Sed in tutelam legitimam. Sed hic non recidere filii iure hereditario in potestatem. Sed iure patronatus et filia [illegible] si non esset manumissus iure hereditario erat futurus apud filios domini et [illegible] heres. non esset dominus Sed filius et si non esset heres [illegible] filium in potestate habet. ut s. quibus mo. ius pa. po. sol. § i. | Erat et alia [illegible] iure [illegible] que emancipatione tollebatur. ius agnationis minima ca. di. et inter patrem et filium non esset emancipato. certa fiduciam nedum [illegible] ut C. de eman. l. ult. ut C. de inof. t. l. [illegible] et i. de lima agna. suc. § si. Unde quidam dicunt hodie fiduciarium esse legitimum ex quo hic ratio cessat. Set [illegible] que remaneret prima. | Ad tutelam. s. legitimam Sed fiduciariam. Perfecte. s. etatis. an. nam quotiens [illegible] de etate perfecta in [illegible] maiore an. de [illegible] intelligitur. ut C. de his que ve. e. l. si. et ff. de v. [illegible] filio § si. | Constitutione. ut C. de legi. tu. l. fi. Precepit. s. ut sine perfecte etatis test[amento] [illegible] i. de excu. tu. § minores. xxv. an.

De Atiliano. i. de eo qui dabatur per legem factam ab Atilio. ut in textu exponitur. | Si cui nullus. ex testamento nam quamdiu tutela testamentaria superest. non est locus alii. Item si legitima. nam si tunc hereditaria locum habet. ut C. qui in [illegible] ...

Vocat. Sed hodie datur. ut ff. de testa. tu. l. si quis sub condicione. Nemo. nam si unus de pluribus tutoribus adierit valente tutele. ut ff. de testa. tu. l. si nemo in libertate testamento relicta. ut ff. de manu. testa. l. testamento. § testamento. Desinebat. i. ille qui sic erat datus in subsidium desinebat cum testamentarius venit ut s. Sub condicione. Sed tutor [illegible] usque ad diem vel condicionem existentem datus [illegible] ut ff. de reg. iur. [illegible] | Petebatur. si erat locus legitime. ut ff. de legitima tu. l. i. § si apud. Postliminii. quo iure et omnia alia iura recuperat. ut s. quibus mo. ius pa. po. sol. § si ab hostibus. Sed de administratione [illegible] tenetur. Sed [illegible] ut ff. si quis cau. l. [illegible] § item si quis. Ex inquisitione. s. inquirendo facultates eorum an sint [illegible] hominum adiutorio. ut i. de excu. tu. § [illegible] ut [illegible] tu. i. § [illegible] vel in [illegible] Sed ff. de adop. l. [illegible] et s. de adop. § cum autem. Quamvis primo. tunc [illegible] non tamen [illegible] non erat [illegible] Sed hodie tutores [illegible] possunt.

[de]functo liberi virilis sexus ei exstant fiduciarii tutores filiorum suorum vel fratris vel sororis et ceterorum efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo liberi quoque eius legitimi sunt tutores quoniam filius quidem defuncti si non esset a vivo patre emancipatus post obitum eius sui iuris efficeretur nec in fratrum potestatem recideret ideoque nec in tutelam. libertus autem si servus mansisset utique eodem iure apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tamen hii ad tutelam vocantur si perfecte etatis sint. quod nostra constitutio in omnibus tutelis et curationibus observari precepit.

De Atiliano tutore et eo qui ex lege Iulia et Titia dabatur

Si cui nullus omnino tutor fuerat ei dabatur in urbe quidem romana a pretore urbano et a maiore parte tribunorum plebis tutor ex lege Atilia. In provinciis vero a presidibus provinciarum ex lege Iulia et Titia. Sed et si testamento tutor sub condicione aut certo die datus fuerat quamdiu condicio aut dies pendebat ex hiisdem legibus tutor dari poterat. Item si pure datus fuerat quamdiu nemo ex testamento heres existat tamdiu ex hiisdem legibus tutor petendus erat qui desinebat esse tutor si condicio existeret aut dies veniret aut heres existeret. Ab hostibus quoque tutore capto ex hiisdem legibus tutor petebatur qui desinebat esse tutor si is qui captus erat in civitatem reversus fuerat. Nam reversus recipiebat tutelam iure postliminii. Sed ex his legibus pupillis tutores desierunt dari postea quam primo consules pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare ceperunt. deinde pretores ex constitutionibus. Nam supra scriptis legibus neque de cautione a tutoribus exigenda rem salvam pupillis fore neque de compellendis tutoribus ad tutele administrationem quicquam cavebatur. Sed hoc iure utimur ut Rome quidem prefectus

Fore. hanc cautionem prestat tutor. ut i. de satis. tu. in pr. Salvam fore. i. si quid [illegible] Spes. | Compellendis. i. capiti pignoribus. ut i. de suspectis tu. § [illegible] tu. vel cu. § pe. | Urbi. Sed est iterum [illegible] que erat tempore [illegible] et hodie est praxis addita. que est i. [illegible] § [illegible] | Pretor. ad pretorem cuncta negotia veniebant. ut ff. de of. p. [illegible]

[gloss illegible]

urbis vel praetor secundum suam iurisdictionem, in provinciis autem praesides ex inquisitione tutores crearent, vel magistratus iussu praesidum, si non sint magnae pupilli facultates. Nos autem per constitutionem nostram et huiusmodi difficultates hominum resecantes, nec expectata iussione praesidum disposuimus: si facultas pupilli vel adulti usque ad quingentos solidos valeat, defensores civitatis una cum eiusdem civitatis religiosissimo antistite vel alias publicas personas, id est magistratus, vel iuridicum Alexandrinae civitatis tutores vel curatores creare, legitima cautela secundum eiusdem constitutionis normam praestanda, videlicet eorum periculo qui eam accipiunt. Impuberes autem in tutela esse naturali iuri conveniens est, ut is qui perfectae aetatis non sit alterius tutela regatur. Cum igitur pupillorum pupillarumque tutores negotia gerunt, post pubertatem tutelae iudicio rationem reddere.

De auctoritate tutorum

Auctoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupilli est, in quibusdam non est necessaria. Ut ecce si quid dari sibi stipulentur, non est necessaria tutoris auctoritas; quod si aliis pupilli promittant, necessaria est. Namque placuit meliorem quidem suam conditionem licere eis facere etiam sine tutoris auctoritate, deteriorem vero non aliter quam tutore auctore. Unde in his causis ex quibus mutuae obligationes nascuntur, ut in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis, si tutoris auctoritas non interveniat, ipsi quidem qui cum his contrahunt obligantur ad invicem, pupilli non obligantur. Neque tamen hereditatem adire neque bonorum possessionem petere neque hereditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt nisi tutoris auctoritate, quamvis lucrosa sit neque ullum damnum habeat. Tutor autem statim in ipso negotio praesens debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit. Post tempus vero aut per epistulam interposita tutoris

[gloss illegible]

[illegible]

Quibus modis tutela finitur

Pupilli pupille cum puberes esse ceperint a tutela liberantur. Pubertatem autem veteres non solum ex annis sed etiam ex habitu corporis in masculis estimari volebant. Nostra autem maiestas dignum esse castitate temporum nostrorum bene putavit quod in feminis et antiquis impudicum esse visum est, id est inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideo sacra constitutione promulgata pubertatem in masculis post xiiii annum completum illico initium accipere disposuimus, antiquitatis normam in femininis personis bene positam suo ordine relinquentes, ut post xii annum completum viripotentes esse credantur. Item finitur tutela si arrogati sunt adhuc impuberes vel deportati. Item si in servitutem pupillus redigatur, vel ab hostibus fuerit captus. Sed et si usque ad certam conditionem datus sit in testamento, eque evenit ut desinat esse tutor existente conditione. Simili modo finitur tutela morte pupillorum vel tutorum. Sed et capitis diminutione tutoris per quam libertas vel civitas eius amittitur omnis tutela perit. Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantum tutela perit, cetere non pereunt. Sed pupilli pupilleque capitis diminutio licet minima sit omnes tutelas tollit. Preterea qui ad certum tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam. Desinunt autem esse tutores qui vel removentur a tutela ob id quod suspecti visi sunt, vel ex iusta causa sese excusant et onus administrande tutele depo[nunt]

[illegible]

Quot modis finitur tutela:
- Pubertate
- Arrogatione
- Deportatione
- Servitute
- Captione ab hostibus
- Conditione adveniente
- Morte pupilli vel tutoris
- Maxima capitis diminutione
- Media
- Minima capitis diminutione
- Capitis diminutione pupilli vel pupille
- Tempore certo adveniente
- Suspicione
- Excusatione

...tunto ƺ ea que in titulis pro[ximo] ...ietuus.

De curatoribus

Masculi puberes et femine viripotentes usque ad xxv annum completum curatores accipiunt: qui licet puberes sint, adhuc tamen eius etatis sunt ut sua negotia tueri non possint. Dantur autem curatores ab hisdem magistratibus a quibus et tutores. Sed curator testamento non datur, sed datus confirmatur decreto pretoris vel presidis. Item inviti adolescentes curatores non accipiunt preterquam in litem: curator enim et ad certam causam dari potest. Item furiosi quoque et prodigi licet maiores xxv annis sint tamen in curatione sunt agnatorum ex lege xii tabularum. Sed solent Rome prefectus urbi vel pretor et in provinciis presides ex inquisitione eis dare curatores. Sed et mente capti et surdi et muti et qui morbo perpetuo laborant, quia rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt. Interdum autem et pupilli curatores accipiunt, ut puta si legitimus tutor non sit ydoneus, quia habenti tutorem tutor dari non potest. Item si testamento datus tutor vel a pretore vel a preside ydoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret, solet ei curator adiungi. Item in loco tutorum qui non in perpetuum sed ad tempus a tutela excusantur solent curatores dari. Quod si tutor adversa valetudine vel alia necessitate impediatur quominus negotia pupilli administrare possit, et pupillus vel absit vel infans sit, quem velit actorem periculo ipsius tutoris pretor vel qui provincie preerit decreto constituet.

De satisdatione tutorum vel curatorum

Ne tamen pupillorum negotia a tutoribus curatoribusque consumantur vel diminuantur, curat pretor ut et tutores et curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum. Nam tutores testamento dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et di[ligentia]...

[N]egligentia ab ipso testatore approbata est. ¶ Item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisdatione non honerantur quia idonei electi sunt. ¶ Sed si ex testamento vel ex inquisitione duo pluresve dati fuerint potest unus offerre satis de indempnitate pupilli vel adolescentis et contutori et concuratori preferri ut solus administret vel ut contutor satis offerens preponatur ei et ipse solus administret. ¶ Itaque per se non potest petere satis a contutore suo sed offerre debet ut electionem det contutori suo vel curatori suo utrum velit satis accipere an satis dare. ¶ Quod si nemo eorum satis offerat si quidem ascriptum fuit a testatore qui gerat ille gerere debet ut edicto pretoris cavetur. ¶ Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligendum eum vel eos qui gerere debent pretor partes suas interponere debet. Idem et in pluribus ex inquisitione datis

Quod si non fuit ascriptum quem maior pars elegit ipse gerere debet.

probandum est id est ut maior pars eligere possit per quem administratio fieret. ¶ Sciendum autem est non solum tutores vel curatores pupillis et adultis ceterisque personis ex administratione teneri sed et in eos qui satisdationes accipiunt subsidiariam actionem esse que ultimum eis presidium possit afferre. ¶ Subsidiaria autem actio datur in eos qui vel omnino a tutoribus vel curatoribus satisdari non curaverint aut non idonee passi essent caveri. Que quidem tam ex prudentum responsis quam ex constitutionibus imperialibus et in heredes eorum extenditur. Quibus constitutionibus et illud exprimitur ut nisi caveant tutores vel curatores pignoribus capti coherceantur. Neque autem prefectus urbi neque pretor neque preses provincie neque quis alius cui tutores dandi ius est hac actione tenebitur sed hii tantum qui satisdationem exigere solent.

De excusatione tutorum vel curatorum

pro liberis. si petat pater emancipato filio curatorem [dari]. tunc non si excusetur ut ff. e. amplissimos § si. ut dicit quia licet faciat eos similes naturales quia eius sanguis facere non potest ut l. minuitur. Rome hoc est in civitate ro. et usque ad c. miliarium ut ff. de off. [illegible] ut. l. i. § cum urbem. V. sed in [illegible] ille provincie quam alias habent vel italie et hic habebunt. iii. non quia illud [illegible] ceterorum munerum. s. personalium [illegible] [illegible] publicum munus [illegible] sed non est publicum munus [illegible]

[illegible]

aut tutores vel curatores
vacant ex causis pluribus aut
propter liberos tam in potestate quam
emancipatos. § Ut autem
liberi superstites Rome quidem
habeantur vel in Italia (tres) vel
in provinciis (quinque) a tutela vel
cura possunt excusari ex-
emplo ceterorum munerum.
Nam et tutelam vel curam
placuit personale mu-
nus esse. § Sed et adoptivi li-
beri non prosunt: in adop-
tionem autem dati naturali
patri prosunt. § Item nepotes
ex filio prosunt ut in lo-
cum patris succedant: ex
filia non prosunt. § Filios
autem tantum superstites ad tute-
le vel cure muneris ex-
cusationem prodesse: defuncti
non prosunt. Sed si in bello
amissi sunt quesitum est;
et constitit eos
solos prodesse qui in acie
amittuntur: hi enim quia pro
re publica ceciderunt
in perpetuum per gloriam vi-
vere intelleguntur. § Item
divus Marcus in semenstri-
bus rescripsit eum qui tres
filios admittat a tutela

vel cura quam diu administrat
excusari posse. § Item qui
rei publice causa absunt a
tutela et cura excusantur.
Sed et si fuerint tutores vel
curatores, deinde rei publice
causa abesse ceperint, a tutela
et cura excusantur quaten-
us rei publice causa absunt, et interea
curator loco eorum datur. Qui
si reversi fuerint, recipiunt
onus tutele. Nam nec anni
habent vacationem, ut Pap.
l. V. responsorum rescripsit.
Nam hoc spatium habent ad
novas tutelas vocati.
§ Et qui potestatem habent ali-
quam excusare se possunt
ut divus Marcus rescrip-
sit. Sed receptam tutelam
deserere non possunt. § Item
propter litem quam cum pupil-
lo vel adulto tutor vel cu-
rator habet excusare se nemo
potest, nisi forte de omnibus bo-
nis vel de hereditate contro-
versia sit. § Item tria onera tu-
tele non affectate vel
cure prestant vacationem quam-
diu administrantur, ut tamen
plurium pupillorum tutela
vel cura eorundem bonorum

[illegible]

velut fratrum, pro una computentur. Sed et propter paupertatem excusationem tribui tam divi fratres quam per se divus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere. Item propter adversam valitudinem propter quam nec suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet. Similiter eum qui litteras nesciret excusandum esse divus Pius rescripsit: quamvis et imperiti litterarum possunt ad administrationem negotiorum sufficere. Item si propter inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum prestat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur qui se tutelam patri pupillorum administraturos promiserunt. Non esse autem admittendam excusationem eius qui hoc solo utitur, quod ignotus patri pupillorum sit, divi fratres rescripserunt. Inimicitie quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt nec reconciliatio intervenit, a tutela vel cura

solent excusare. Item is qui status controversiam a pupillorum patre passus est, excusatur a tutela. Item maior septuaginta annis a tutela vel cura se potest excusare. Minores autem xxv. annis olim quidem excusabantur: a nostra autem constitutione prohibentur ad tutelam vel curam aspirare, adeo ut nec excusatione opus fiat. Qua constitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur nec adultus: cum erat incivile eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur et sub aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam subire. Idem et in milite observandum est, ut nec volens ad tutele munus admittatur. Item Rome grammatici, rhetores et medici, et qui in patria sua id exercent et intra numerum sunt, a tutela vel cura habent vacationem. Qui autem se vult excusare, si plures habeat excusationes et de quibusdam non probaverit

[illegible]

aliis uti iuncta tempora non prohibentur. ¶ Qui excusare se volunt, non a sua nominatione sed a sua excusatione non admittenda appellare possunt. Appellent sed intra quinquaginta dies continuos ex quo nominatos se esse cognoverint, excusare se debent cuiuscumque generis sint, vel quibuscumque fuerint dati tutores, si intra centesimum lapidem sint ab eo loco ubi tutores dati sunt. ¶ Si vero ultra centesimum habitant, dinumeratione facta viginti milium diurnorum, et amplius triginta dies. quod tamen ut Scevola dicebat sic debet computari ne minus sint quam quinquaginta dies. ¶ Datus autem tutor ad universum patrimonium datus esse creditur. ¶ Qui tutelam alicuius gessit, invitus eiusdem curator fieri non compellitur, in tantum ut licet pater qui testamento tutorem dederit adiecerit se eundem curatorem dare, tamen invitum eum curam suscipere non cogendum. Et libertus sponte a patre manumissus. divus Severus et Antoninus rescripserunt. ¶ Idem

rescripserunt maritum uxori sue curatorem datum excusare se posse, sed se immiscuerit. ¶ Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutele meruit, non est liberatus onere tutele.

De suspectis tutoribus et curatoribus.

Sciendum est suspecti crimen ex lege xii tabularum descendere. ¶ Datum est autem ius removendi suspectos tutores Rome pretoribus, et in provinciis presidibus earum, et legato proconsulis. ¶ Ostendimus qui possunt de suspecto cognoscere, nunc videamus qui suspecti fieri possunt. ¶ Et quidem omnes tutores possunt, sive testamentarii sint sive non sed alterius generis tutores. quare et si legitimus tutor sit accusari poterit. ¶ Quid si patronus? adhuc erit idem dicendum, dummodo meminerimus esse parcendum fame patroni, licet ut suspectus remotus sit. ¶ Consequens est ut videamus qui possunt suspectos postulare. et sciendum est quasi publicam esse hanc actionem, hoc est omnibus patere. ¶ Quin immo et mulieres

[illegible]

15

produnt. et impudice et fac. ad h. C. e. pietatis § si. et ff. e. l. i. § consequens quis. et ff. de procur. l. femine. h. c. ff. de reg. iur. l. ii. c. sunt quorum. Sed h. est contra. [illegible] uitricum admitti [illegible] ff. de in lite iuran. l. inter [illegible] si iuraret in litem pro filio, plus [illegible] accusare cum magis sit iudicis arbitrio [illegible] sit suspectus iudicandus uel non [illegible] et in arbitrio iudicis maxime nouo iure [illegible] in auc. de iudi. [illegible] — perpensam. i. [illegible] — ut puta mater. h. [illegible] non cogitur postulare suspectum [illegible] magnam [illegible] ut ff. qui pe. tu. [illegible] ff. ad tertul. [illegible] de legit. he. l. [illegible] ac. — egredientem. ut cessit rem [illegible] ff. de postu. l. i. § secundum. — generis. subaudi ualens. — eam. s. feminam. — tutores. i. omnis generis tutores siue sint testamentarii siue datiui siue legitimi non quod omnis i. boni et mali quia [illegible] et si pauperes sint. ut [illegible] ponit generis genera singulorum [illegible] [illegible]

[illegible]

Admittuntur ex rescripto divorum Severi et Antonini. Sed hee sole que pietatis necessitudine ducte ad hoc procedunt, ut puta mater. Nutrix quoque et avia possunt. Potest et soror. Sed et si qua mulier alia fuerit cuius pretor perpensam pietatem intellexerit non sexus verecundiam egredientem, sed pietate productam non continere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare. Puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere. Et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt.

Suspectus autem est qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo sit, ut et Iulianus quoque rescripsit. Sed et antequam incipiat gerere tutelam tutor, posse eum quasi suspectum removeri idem Iulianus scripsit et secundum eum constitutum est.

Suspectus autem remotus, siquidem ob dolum, famosus est; si ob culpam levem, non eque.

~~latam~~ Si quis suspectus postulatur, anquam cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est.

Sed et si suspecti cognitio suscepta fuerit, postea quam tutor vel curator decesserit, extinguitur cognitio suspecti.

Si quis tutor copiam sui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epistola divorum Severi et Antonini, ut in possessionem bonorum eius pupillus mittatur, et que mora deteriora futura sunt dato curatore distrahi iubentur. Ergo ut suspectus removeri poterit qui non prestat alimenta.

Sed si quis presens neget propter inopiam alimenta posse decerni, si hoc per mendacium dicat, remittendum eum esse ad prefectum urbis puniendum placuit, sicut ille remittitur qui data pecunia ministerium tutele redemit.

Libertus quoque si fraudulenter tutelam vel curam gessisse filiorum vel nepotum patroni probetur, ad prefectum urbis remittitur puniendus.

Novissime sciendum est eos qui fraudulenter [illegible]

Intellige ar. ut tutori non debeat admitti et [illegible] bona [illegible] ad h. C. de [illegible] suspec. [illegible] ff. de tol. l. [illegible] — quo. i. donec [illegible] — decesserit. Accusatione pendente. — extinguitur. [illegible] decesserit [illegible] morte [illegible] tutela finita sit [illegible] — decernantur per iudicem. ac.

In possessione [illegible] a iudice [illegible] ff. de arbi. l. non distinguemus [illegible] impuberibus [illegible] suspectus [illegible] pupillo [illegible] tutor [illegible] pupillo si male gestio [illegible] ff. v. pupill. edu. [illegible] ac. — Sed et si quis presens tutor. — decernantur alimenta [illegible] per mendacium [illegible] non [illegible] pupill. edu. [illegible] ac.

[illegible]

Remittendum. h. non remouendum. ut ff. e. l. tutores. ac.

Placuit. h. [illegible] impunitur [illegible] ut ff. de ob. [illegible] Remittitur. i. puniendus [illegible] ff. de tu. l. i. [illegible] scolares. ut ff. de [illegible] ac.

Remittitur. ob h. [illegible] ac. de lib. [illegible]

Novissime. i. ultimo [illegible] ff. de [illegible] in ultima uoluntate [illegible] nouissime.

Nota [illegible] qui in bona [illegible] pupil. edu. [illegible]

[illegible] ob dolum [illegible] ff. e. l. i. [illegible] ob culpam levem [illegible] sed [illegible] latam quia [illegible] infamis. ut ff. e. l. impuberibus. § si fraus [illegible] dolo [illegible] ut ff. [illegible] de [illegible] et [illegible] lata culpa dolo [illegible] in possessione [illegible] infamis [illegible] dolo [illegible] non [illegible] famosus [illegible] ob culpam levem [illegible] infamis [illegible] ac.

dolo facto. ut [illegible] ex [illegible] descendentibus. ut ff. de ac. et ob. l. [illegible] ex famosa [illegible] descendentibus. ut ff. de [illegible] Sed [illegible] culpa levi [illegible] infamis. ut ff. de [illegible] lata culpa [illegible] ignorantiam [illegible] infamia [illegible] ut ff. de [illegible] ut ff. e. l. impuberibus. § si [illegible] lata culpa non infamat [illegible] latam culpam [illegible] levem. ac.

Nota qui semel [illegible] malus [illegible]

[illegible]

si tutor perdidit bona pupilli [illegible]

[illegible]

dulenter tutelam vel curam administrant, et si satis offerant, removendos esse a tutela, quia satisdatio propositum tutoris malivolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem prestat.

Suspectum enim putamus eum qui moribus talis est ut suspectus sit. Enimvero tutor vel curator, quamvis pauper sit, fidelis tamen et diligens, removendus non est quasi suspectus.

Domini Iustiniani sacratissimi principis perpetui augusti institutionum seu elementorum compositorum explicit liber primus. Incipit secundus de rerum divisione.

SUPERIORI libro de iure personarum exposuimus. Nunc videamus de rebus, que vel in nostro patrimonio vel extra nostrum patrimonium habentur.

Quedam enim naturali iure communia sunt omnium, quedam publica, quedam universitatis, quedam nullius, pleraque singulorum, que variis ex causis cuique adquiruntur, sicut ex subiectis apparebit.

Et quidem naturali iure communia sunt omnium hec: aer et aqua profluens et mare, et per hoc litora maris. Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur, dum tamen villis et monumentis et edificiis abstineat, quia non sunt iuris gentium sicut et mare.

Flumina autem omnia et portus publica sunt; ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque.

Est autem litus maris quatenus hibernus fluctus maximus excurrit.

Riparum quoque usus publicus est iuris gentium, sicut ipsius fluminis.

Itaque navem ad eas applicare, funes ipsis arboribus ibi natis religare, onus aliquid in his reponere cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare.

Sed proprietas earum illorum est quorum prediis adherent.

Qua de causa arbores quoque in isdem nate eorundem sunt. Litorum quoque usus publicus

iuris gentium est sicut ipsius maris. et ob id quibuslibet liberum est casam ibi imponere in qua se recipiant. sicut retia siccare et ex mari deducere. Proprietas eorum autem potest intelligi nullius esse. sed eiusdem iuris esse cuius et mare et que subiacent mari terra vel harena.

¶ Universitatis autem sunt non singulorum veluti que in civitatibus sunt. ut theatra stadia. et huiusmodi similia et si qua alia sunt communia civitatum.

¶ Nullius autem sunt res sacre et religiose et sancte. quod enim divini iuris est. id in nullius bonis est.

¶ Sacra sunt que rite et per pontifices deo consecrata sunt. veluti edes sacre et dona que rite ad ministerium dei dedicata sunt. que etiam per nostram constitutionem alienari et obligari prohibuimus excepta causa redemptionis captivorum. Si quis vero auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit. sacrum non est. sed prophanum.

¶ Locus autem in quo sacre edes edificate sunt. etiam diruto edificio. adhuc sacer locus manet. ut et Papinianus scribit.

¶ Religiosum locum unusquisque sua voluntate facit. dum mortuum infert in locum suum. In commune autem locum purum invito socio inferre non licet.

¶ In commune vero sepulcrum etiam invitis aliis licet inferre.

¶ Item si alienus ususfructus est. proprietarium placet nisi consentiente usufructuario locum religiosum non facere. In alienum locum concedente domino licet inferre. Et licet postea ratum non habuerit quam illatus est mortuus. ex voluntate eius tamen locus religiosus fit.

¶ Sancte quoque res veluti muri et porte quodammodo divini iuris sunt et ideo nullius in bonis sunt.

¶ Ideo autem muros sanctos dicimus quia pena capitis constituta sit in eos qui aliquid in muros deliquerint. Ideo et legum eas partes quibus penas constituimus adversus eos qui

Sanctiones: in tertia significatione quia sanguinis pro qualiter impunali lege ... ut C. de no. co. l. i. colligentes ... lectione ... ut in prohe. ff.

de iure naturali ... ut C. ... naturalia ... ut ... q. quid.

vetustiore. ff. de iust. et iur. l. i. § ...

Iure: ut usuc. arrogatione. successione. deportatione. monachatione. de quibus in capitulo de usuc.

ferae: et a vetustiore incipiendo.

cunctae leges fecerunt, sancitae vel vocantur. ¶ Singulorum autem hominum multis modis res fiunt: quarundam enim rerum dominium nanciscimur iure naturali, quod, sicut diximus, appellatur ius gentium, quarundam iure civili. ¶ Commodius est itaque a vetustiore iure incipere. palam est autem vetustius esse naturale ius, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit; civilia enim iura tunc coeperunt esse cum et civitates condi et magistratus creari et leges scribi coeperunt. ¶ Ferae igitur bestiae et volucres et pisces et omnia animalia quae in terra mari caelo nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. ¶ Quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec interest feras bestias et volucres utrum in suo fundo quisque capiat an in alieno. ¶ Plane qui in alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest a domino, si is providerit, prohiberi ne ingrediatur. ¶ Quicquid autem eorum ceperis, eo usque tuum esse intellegitur, donec tua custodia coercetur. cum vero evaserit custodiam tuam et in naturalem libertatem se receperit, tuum esse desinit et rursum occupantis fit. ¶ Naturalem autem libertatem recipere intellegitur, cum vel oculos tuos effugerit vel ita sit in conspectu tuo ut difficilis sit eius persecutio. ¶ Illud quaesitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit ut capi possit, statim tua esse intellegatur. quibusdam placuit statim tuam esse et eo usque tuam videri donec eam persequaris; quod si desieris persequi, desinere tuam esse et rursus fieri occupantis. ¶ Alii non aliter putaverunt tuam esse quam si ceperis. sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quia multa accidere solent ut eam non capias. ¶ Apium quoque natura fera est. itaque quae in arbore tua consederint, antequam a te alveo includantur, non magis

quaque ... de ti. ... et de his ... et ...

vel ferae ... et volucres ... et piscium ... ut s. e. § fere ac.

libertate ... ut stati sequitur ... ut ff. de acq. re. do. ...

tam difficilis: i. impossibilis. sic ff. pro soci. l. de illo ... ff. de ...

plenius ff. de acq. pos. l. iii. § item.

illud. sic ff. de acq. re. do. l. naturalem § illud.

Apium fera natura ...

¶ Singulorum autem hominum.

¶ Ferae igitur bestiae et c.

[illegible gloss]

tiae est intellectum quam volu-
erit que in tua arbore in-
dium fecerint. Ideoque si alius
eas incluserit, is earum do-
minus erit. Favos quoque
si quos effecerint quilibet
eximere potest. Plane
integra re si provideris in-
gredientem in fundum
tuum, potest eum dominus
prohibere ne ingrediatur.
Examen quoque quod ex tuo
alveo evolaverit eo usque
tuum esse intelligitur donec in
tuo conspectu est nec diffi-
cilis est eius persecutio: ali-
oquin occupantis fit. Pa-
vonum item et columbarum
fera natura est. Nec ad
rem pertinet quod ex consuetu-
dine avolare et revola-
re solent. Nam et apes idem
faciunt, quarum constat
feram esse naturam. Cervos
quoque ita quidam mansue-
tos habent, ut in silvas ire et
redire soleant, quorum et ipsorum
feram esse naturam nemo ne-
gat. In his autem animalibus
que ex consuetudine abire et
redire solent talis regula com-
probata est, ut eo usque tua
esse intelligantur donec animum
revertendi habeant. Nam si
animum revertendi habere desierint,
et tua esse desinunt et fiunt
occupantium. Revertendi au-
tem animum videntur desinere habere,
cum revertendi consuetudinem
deseruerint. Gallinarum
et anserum non est fera natu-
ra, idque ex eo intellegere possumus,
quod alie sunt galline quas
feras vocamus. Item alii an-
seres quos feros vocamus ap-
pellamus. Ideoque si anseres tui
aut gallinae aliquo casu tur-
bati turbateve evolaverint,
licet conspectum tuum effuge-
rint, quocumque tamen loco sint,
tui tueve esse intelliguntur;
et qui lucrandi animo ea ani-
malia retinet, furtum committere
intelligitur. Item ea que
ex hostibus capimus iure gentium
statim nostra fiunt, adeo quidem
ut et liberi homines in servi-
tutem nostram deducantur, qui
tamen, si evaserint nostram
potestatem et ad suos reversi
fuerint, pristinum statum recipi-
unt. Item lapilli, gemme et
cetera que in litore inve-
niuntur iure naturali

[illegible]

statim universum fiunt.
Et ea que ex animalibus
dominio tuo subiectis nata sunt
eodem iure adquiruntur.
Preterea quod per alluvionem agro
tuo flumen adiecit iure gen-
tium tibi adquiritur. Est
alluvio incrementum la-
tens. per alluvionem autem id
videtur adici quod ita paula-
tim adicitur ut intellegere
non possis quantum quoque
momento temporis adiciatur.
Quod si vis fluminis partem ali-
quam ex tuo predio detraxerit
et vicini predio appulerit
palam est eam tuam esse
permanere. plane si longi-
ori tempore fundo vicini
heserit. arboresque quas
secum traxerit in eum fun-
dum radices egerint. ex
eo tempore videtur vicini
fundo adquisita esse. Insula
que in mari nata est quod
accidit raro. occupantis
fit. nullius enim esse creditur.
At insula que in flumine
nata est. quod frequenter acci-
dit. si quidem mediam
mediam partem fluminis
tenet. communis est eorum qui ab
utraque parte fluminis prope ri-
pam predia possident pro
modo latitudinis cuiusque fun-
di que latitudo prope ripam
sit. Quod si alteri parti proximior
sit. eorum est tantum qui ab ea parte
prope ripam predia possident.
Quod si aliqua parte divisum flu-
men deinde infra unitum
agrum alicuius in formam
insule redegerit eiusdem per-
manet is ager cuius et fu-
erat. Quod si naturali alveo
in universum derelicto alia
parte fluere ceperit. prior
quidem alveus eorum est
qui prope ripam eius predia
possident pro modo latitu-
dinis cuiusque agri que la-
titudo prope ripam est. novus
alveus eius iuris
esse incipit cuius et ipsum
flumen. id est publicus.
Quod si post aliquod tempus
ad priorem alveum rever-
sum fuerit flumen. rursus
novus alveus eorum esse
incipit. qui prope ripam
eius predia possident. A-
lia sane causa est si cuius totus
ager inundatus est. neque
enim inundatio fundi speciem



[illegible]

communicatur et ob id si recesserit
aqua, palam est fundum
eius manere cuius et fuit.
Cum ex aliena materia
species aliqua facta sit ab ali-
quo, queri solet quis eorum
naturali ratione dominus sit, u-
trum is qui fecerit an ille
potius qui materie dominus fuit;
ut ecce si quis ex alienis
uvis vel olivis aut spicis
vinum aut oleum aut fru-
mentum fecerit, aut ex ali-
eno auro vel argento vel
ere vas aliquod fecerit, vel
ex alieno vino et melle
mulsum miscuerit, vel ex
alienis medicamentis em-
plastrum aut collirium com-
posuerit, vel ex aliena lana
vestimentum fecerit, vel
ex alienis tabulis navem
aut armarium vel sub-
sellium fabricaverit, et post
multas Sabinianorum et Procu-
lianorum ambiguitates
placuit media sententia ex-
istimantium: Si ea species ad
materiam rudem reduci
possit, eum dominum videri
esse qui materie dominus fuerat;
Si non possit reduci, eum
potius intelligi dominum qui
fecerit: ut ecce vas con-
flatum potest ad rudem mas-
sam eris vel argenti vel au-
ri reduci. Vinum autem vel ole-
um et frumentum ad uvas
vel olivas aut spicas re-
verti non potest; ac nec mul-
sum quidem ad vinum et
mel resolvi potest. Quod si parti-
m ex sua materia, partim ex a-
liena speciem aliquam fecerit
quisque, veluti ex suo vino
vel alieno melle mulsum
fecerit, aut ex suis et alienis
medicaminibus emplastrum
aut collirium, aut ex sua
et aliena lana vestimentum
fecerit, dubitandum non est
hoc casu eum esse dominum qui fe-
cit, cum non solum operam
suam dedit, sed partem eiusdem
materie prestavit. Si tamen
alienam purpuram quis
intexuit suo vestimento,
licet sit preciosior purpura,
accessionis vice cedit vesti-
mento; et qui dominus fuit pur-
pure adversus eum qui sur-
ripuit habet furti actionem
et condictionem, sive ipse sit qui ves-
timentum fecit, sive alius

Nam extincte res, licet vindicari non possint, condici tamen a furibus et a quibusdam aliis possessoribus possunt. Si duorum materie ex voluntate dominorum confuse sunt, totum id corpus quod ex confusione fit utriusque commune est, veluti si qui vina sua confuderint aut massas argenti vel auri conflaverint. Sed si diverse materie sint et ex hoc propria species facta sit, forte ex melle et vino mulsum aut ex auro et argento electrum, idem iuris est: nam et eo casu communem esse speciem non dubitatur. Quod si fortuitu et non voluntate dominorum confuse fuerint vel diverse materie vel que eiusdem generis sunt, idem iuris esse placuit. Quod si frumentum Titii tuo frumento mixtum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune erit, quia singula corpora, id est singula grana, que cuiusque propria fuerunt, ex consensu vestro communicata sunt. Quod si casu id mixtum fuerit vel Titius id miscuerit sua voluntate tua non, non videtur commune esse, quia singula corpora in sua substantia durant. Sed nec magis istis casibus commune sit frumentum, quam grex communis esse intellegitur, si pecora Titii tuis pecoribus mixta fuerint. Sed si ab alterutro vestrum id totum frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiusque competit, arbitrio autem iudicis continetur ut is estimet quale cuiusque frumentum fuerit. Cum in suo solo aliquis domum ex aliena materia edificaverit, ipse dominus intellegitur edificii, quia omne quod inedificatur solo cedit. Nec tamen ideo is qui materie dominus fuerat desinit eius dominus esse, sed tantisper neque vindicare eam potest neque ad exhibendum de ea agere propter legem xii tabularum, qua cavetur ne quis alienum tignum edibus suis iunctum eximere cogatur, sed duplum pro eo prestet per actionem que vocatur de tigno iuncto. Appellatione autem tigni omnis materia significatur ex qua edificia fiunt. Quod ideo provisum est, ne edificia rescindi necesse sit.

[illegible gloss]

di necesse sit. Sed si aliqua ex causa dirutum sit edificium,
dominus materie, si non fuerit iam duplum persecutus, tunc eam vendicare
et ad exhibendum de ea agere. Ex diverso si quis in alieno solo sua materia
domum edificaverit, illius fit domus cuius et solum est. Sed in hoc casu
materie dominus proprietatem eius amittit, quia voluntate eius alienata
intelligitur, utique si non ignorabat in alieno solo se edificare. Et ideo
licet diruta sit domus, dominus vendicare materiam non potest. Certe illud
constat, si in possessione constituto edificatore soli dominus petat domum
suam esse nec solvat pretium materie et mercedes fabrorum, posse eum per
exceptionem doli mali repelli, utique si bone fidei possessor fuit qui
edificasset. Nam scienti alienum esse solum potest culpa obici, quod temere
edificavit in eo solo quod intelligebat alienum esse. Si Titius alienam
plantam in suo solo posuerit, ipsius planta erit. Et ex diverso si Titius
suam plantam in Mevii solo posuerit, Mevii planta erit. Si tamen utroque casu
radices egerit; antequam radices egerit, eius permanet cuius et fuerat. Adeo
autem ex eo tempore ex quo radices agit planta, proprietas eius commutatur,
ut si vicini arbor ita terram Titii presserit ut in eius fundum radices
egerit, Titii effici arborem dicimus. Ratio enim non permittit ut alterius
esse arbor intelligatur quam cuius in fundum radices egisset. Et ideo prope
confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis
fit. Qua ratione autem plante que terre coalescunt solo ceduntur, eadem
ratione frumenta quoque que sata sunt solo cedere intelliguntur. Ceterum
sicut is qui in alieno solo edificavit, si ab eo dominus petat edificium,
defendi potest per exceptionem doli mali, et ea que diximus, ita eiusdem
exceptionis auxilio tutus esse poterit is qui alienum fundum sua impensa

[illegible gloss]

[illegible]

bona fide consumpserit. Litte-
ras quoque licet aureae sint, perin-
de chartis membranisque cedunt
ac si solo cedere solent ea que
edificantur aut inseruntur.
Ideoque si in chartis membranis
tuis carmen vel historiam
aut orationem Titius scripserit,
huius corporis non videtur
Titius sed tu dominus esse videris.
Sed si a Titio tuos petas li-
bros tuasve membran-
as esse, nec impensam scripture
solvere paratus sis, poterit se
Titius defendere per excep-
tionem doli mali, utique si
bona fide earum chartarum mem-
branarumve possessionem nactus
est. Si quis in aliena
tabula pinxerit, quidam
putant tabulam picture
cedere. aliis videtur picturam
qualiscumque sit tabule cedere.
Sed nobis videtur melius esse
tabulam picture cedere.
Ridiculum enim est picturam
Apellis vel Parrasii in accessionem
vilissime tabule cedere.
Unde si a domino tabule yma-
ginem possidente is qui
pinxit eam petat nec sol-
vat pretium tabule, poterit
per exceptionem doli mali summo-
veri. At si is qui pinxit pos-
sideat, consequens est ut
utilis actio domino tabule ad-
versus eum detur, quo casu
si non solvat impensam
picture, per exceptionem doli
mali poterit repelli, utique si
bone fidei possessor fuit
ille qui picturam impo-
suit. Illud vero palam
est quod sive is qui pinxit
surripuit tabulam sive
alius, competit domino tabule
furti actio. Si quis a
a non domino quem dominum esse
crediderit bona fide fundum
emerit vel ex donatione alia-
ve qualibet iusta causa eque
bona fide acceperit, natu-
rali ratione placuit fructus
quos percepit eius esse pro
cultura et cura. Et idem ra-
tio si postea dominus supervenerit
et fundum vendicet, de
fructibus ab eo consumptis
agere non potest. Ei vero qui sci-
ens alienum fundum esse
possederit non idem concessum
est. Itaque cum fundo etiam
fructus licet consumpti
sint cogitur restituere.

de non alieni [illegible] Si quis g. emit [illegible]

offo iudicis tenetur reddere fructus [illegible]

[illegible]

Ys aut ad quem usufruc-
tus fundi ptinet: nō aliter
fructuum dns efficit quā si
eos ipse pceperit. & ideo ma-
turis licet fructib; nōdum
tn̄ pceptis decesserit ad here-
dem eius nō ptinent s; dn̄o p-
prietatis adquiruntur. ead
fere & de colono dicunt.
In pecudum ē fructu fet'
est: ut lac & pili & lana &
agni & edi & vituli & in-
uli & equuli stati naturā-
li iure dni sunt fructu-
arii. Partus uō ancille
in fructu non est. itaq;
ad dnm̄ ꝓprietatis ptinet.
absurdum n. uidebat
hoiem in fructu ee̅. cum
omis fructus rer natura
hominum gra̅ compauit.
Sz si gregis usumfructum
quis hēat. in locū demor-
tuor capitum ex fetu fruc-
tuarius submittere dz. ut
& iuliano uisū est. & in
uinear demortuar ul' ar-
bor locum alias dz substi-
tuere. recte. n. colere debz
& q̄si bonus pr̄famil' uti
dz. Thesauros quos quis
in suō loco inuenerit: di-
uus adrianus naturalem equitate
secut' ei concessit qui eos
inuenerit. idemq; statuit si
quis in sacro aut religi-
oso loco fortuito casu inue-
nit. at si quis in alieno
loco non data ad h' opa.
s; fortuito inuenit: di-
midium dn̄o soli ꝯcessit
& dimidiū inuentori. &
ꝯuenient. Si quis in
loco cesaris inuenit: di-
midium inuentoris & di-
midium ee̅ cesaris statu-
it. cui ꝯueniens ē: ut si
quis in publico loco ul'
fiscali ul' ciuitatis inue-
nit: dimidium ipsius ee̅. & ex
dimidiū fisci ul' ciuitatis.
Per traditionem quoq; iure nāli
nob' res adquiruntur. nichil
n. tam ꝯueniens est nāli
equitati. quā uoluntatē
dni uolentis rem suam i
aliū transferre ratam hēri.
& ideo cuiuscumq; generis sit
corporalis res tradi potest: &
a dn̄o tradita alienatur.
Itaq; stipendiaria quoq; &
tributaria pdia eodem m̄
alienantur. Vocant aut
stipendiaria & tributaria

— tributaria. que tributa romane reddunt.
— alienantur. per traditionem ac.

predia que in prouinciis sunt. interque stipendiaria et tributaria. interque ytalica predia ex nostra constitutione nulla differentia est. Sed siquidem ex causa donationis aut dotis aut qualibet alia ex causa tradantur sine dubio transferuntur.

Vendite vero res et tradite non aliter emptori adquiruntur quam si is venditori precium persoluerit vel alio modo ei satisfecerit. veluti expromissore aut pignore dato. quod cauetur et lege xii tabularum. tamen recte dicitur et iure gentium i. iure naturali id effici.

Sed et si is qui vendidit fidem emptoris secutus fuerit dicendum est statim rem emptoris fieri.

Nichil autem interest. utrum ipse dominus tradat alicui rem an voluntate eius alius. Qua ratione si cui libera universorum negotiorum administratio a domino permissa fuerit. isque ex his negotiis rem vendiderit et tradiderit. facit eam accipientis.

Interdum etiam sine traditione nuda voluntas sufficit domini ad rem transferendam. veluti si rem quam tibi aliquis commodauerit aut locauerit aut apud te deposuerit vendiderit tibi aut donauerit. quamuis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit eo tamen ipso quod patitur tuam esse statim adquiritur tibi proprietas perinde ac si eo nomine tradita fuisset.

Item si quis merces in horreo depositas vendiderit simul atque claves horrei tradiderit emptori transfert proprietatem mercium ad emptorem.

Hoc amplius interdum et in incertam personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem. Ut ecce pretores vel consules qui missilia iactant in vulgus ignorant quid eorum quisque excepturus sit. et tamen quia volunt quod quisque exceperit eius esse statim eum dominum efficiunt.

Qua ratione verius esse videtur et si rem pro derelicto a domino habitam occupaverit quis statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur quod dominus ea mente abiecerit ut id rerum suarum esse nollet. ideoque statim dominus eius esse desinit.

In prouinciis. que dicuntur talia predia non sunt in ytalia. ac. — Interque. scilicet prouincialia.

constitutione. C. de usucap. transfor. l. i. — differentia. quantum ad dominii translationem ut C. de usucap. transfor. l. i. sed quantum ad tributa est differentia ut C. de e. et c. l. de his. — siquidem. vie nulla sed et si et c.

transferuntur. scilicet prouincialia predia. sic ytalica et est idem in omnibus ubi scriptura necessaria sit secundum Jo. ut C. de sollicita l. i. § quod si predia. Item sunt res si accipiens inducatur in vacuam possessionem quodam ut C. de prob. cum res. Jo. g. ut ff. de fundo do. l. si fundum. et de acq. rer. do. l. ii. § quicquid sufficit et induci in possessionem sed non vacuam quod ar. ut l. de pba. dr. de monstrare. quod sic eueniat ut cantatur dicitur ac.

Vendite vero. preter res que loco pignoris a venditore teneri possunt ut ff. de act. emp. l. § offic. Jo.

pignore. quod sic intelligo si placet venditori aliud quam precium accipere. alias non. ut ff. si cer. pet. l. ii. § i. ac.

dato. potest quoque venditore vendicatur rem. ut ff. de tribut. l. procuratoris. § sed si mercem. si emptor tunc precium offerat. ut ff. mand. l. diligenter in fine et § i. ac.

ex lege xii tabularum. que est ius ciuile. ut ff. de iusti. et iure. l. ius ciuile. § h. non solum generale ac.

naturali. sic dictum quia illi ratione fuit inducta. ut s. de iusti. et iur. § quod uo et § h. naturalia ac.

emptoris. quid si dedit diem ad soluendum. Re. non tamen solutione venditor et. Jo. ut C. de pac. inter emp. l. commissorie. ...

emptoris. si in casu ut ff. de inst. sic si procurator § si et ff. de re iu. l. ad mo. § h. si emptor ac.

Nichil. quod si quis palam fac ipse facere videtur. ut ff. de ui et ui ar. l. i. § de te iusse et de iniur. § non solum et ff. de iniur. item ap. § fecisse.

permissa. ab ipso domino vel alio domini voluntate ac.

libera. tec in generali procuratore qui non habet liberam ad. ut ff. de procur. l. procurator cum libera. et procurator totorum ... ut ibi et universorum ut hic ac.

Interdum nuda. scilicet a traditione. sic C. de pac. l. traditionibus. Item in aliis casibus dominium sine traditione datur qui possunt huius legibus notari. ut ff. de acq. pos. l. i. § si iusserim et § ... et l. quod meo. § si venditore. ...

tamen esse. si res presens est ut ff. de rei uen. ... et ff. pro emp. l. iii. ... vendite ac.

Item depositas. i. repositas ac.

Tradiderit. et possessionem. si dominus est tradentis. alias causam usucapiendi sibi facit coram horreo quod habet per presentem visionem rei. ut ff. de contr. emp. clauibus. et de acq. pos. l. i. § si iussum ... ut dominium transferat. ac.

incertam. ar. § ... de ... § tutor ac.

missilia. sic dicta. quia in plateam emittunt siue proiciunt. ut illuc ... possint pretores vel consules proicere ut in coronatione domini ... ut ff. pro derelicto l. si id quod § id quod et ... aut. de consul. § h. ... non col. iiii. ac.

nollet. ut legis presumptione ut in aut. de nupt. § et multo ... et C. de infanti. l. fi. et C. de lat. lib. toll. § ... ac.

desinit. si abiecit vel habere desiit rem immobilem. alioquin possessionem perdere potest non dominium ut ff. de acq. pos. l. si quis in § ... et pro derelicto l. i. et ii.

Alia causa: scilicet proiciendi et in aliud uti statuerunt.
Fluctibus: id est undis. ac.
Furtum: ff. de fur. l. Falsus § Qui iniuria... distingue animum proicientis ... ut si libenter eiectum, pro derelicto ... ut ex hoc et illa colligitur. et arg. ff. de damp. infec. Si fistula § Si quis metu. Sed quid distat hic furtum ab illo ff. de incen. r. nau. ... hic locum habet quando non in ipso naufragio ... ut ff. de incen. rui. nau. l. i. ... ac.
Longe: nam in aliquo distat, quia hic sciente, illud ignorante domino fit. ac.
Reda: id est curru ducto ab equis. ac.
Non intelligentibus: id est non videntibus. ac.

Ex fundo: in quo usufructum habent.
Plerumque: propter servitutes que per actionem vel obligationem debentur ... ac.
Ius hereditatis: id est ipsa hereditas ... ac.
Fruendi: id est usufructus. ac.
Obligationis: id est ipsa obligatio. ac.
Eodem numero: id est inter incorporalia. ac.
Eadem iura: id est servitutes. ac.
Vocantur: de quibus ... statim de quibus ... licet ad nos non pertineat, ut de aere, fumo et de stellis, animalibus ... philosophos ... incorporalia esse. ac.

Quedam: sic ff. de rer. di. l. i. § Quedam corporales sunt quedam incorporales ...

Rusticorum: sic ff. e. l. i. ac. ... Iter: id est servitutes ... de quibus ... ac.

Alia causa est earum rerum que in tempestate maris levande navis causa eiciuntur. Hee enim dominorum permanent: quia palam est eas non eo animo eici quo quis eas habere non vult, sed quo magis cum ipsa nave periculum maris effugiat. Qua de causa si quis eas fluctibus expulsas vel in ipso mari nactus lucrandi animo abstulerit, furtum committit. Nec longe videntur discedere ab his que de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt.

De rebus incorporalibus

Quedam preterea res corporales sunt, quedam incorporales. Corporales hee sunt que sui natura tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum et denique alie res innumerabiles. Incorporales autem sunt que tangi non possunt, qualia sunt ea que in iure consistunt, sicut hereditas, usufructus, usus, obligationes quoquomodo contracte. Nec ad rem pertinet quod in hereditate res corporales continentur.

Nam et fructus qui ex fundo percipiuntur corporales sunt, et id quod ex aliqua obligatione nobis debetur plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia. Nam ipsum ius hereditatis et ipsum ius utendi fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero sunt iura predioram urbanorum et rusticorum, que etiam servitutes vocantur.

De servitutibus

Rusticorum prediorum iura sunt hec: iter, actus, via, aqueductus. Iter est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi vel vehiculum. Actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum. Itaque qui iter habet actum non habet; qui actum habet et iter habet eoque uti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi et agendi et ambulandi, nam et iter et actum in se via continet. Aqueductus est ius aque ducende per fundum alienum. Prediorum urbanorum sunt servitutes que edificiis inherent, ideo urbanorum prediorum dicuntur...

In villa. non est locus, tamen facit urbanum praedium, quod dic. ut ff. de v. sig. l. urbana praedia. [illegible]

Stillicidium. quod stillatim cadit [illegible] ... flumen cum diffuse cadit [illegible] ut ff. de servit. urb. [illegible] stillicidium. ac.

Vel non recipiat. [illegible]

Tollat. ut tollat quis [illegible] ad lumina [illegible] ... ac.

Haustum. i. ius hauriendi aquam [illegible]

Pecoris. [illegible]

Coquendae. [illegible]

Ne quis. [illegible]

Si quis. [illegible]

Pactionibus. i. pactionibus et stipulationibus [illegible]

Aedes suas. [illegible] ... ac.

Ducere. [illegible] ... ac.

Ususfructus. ut ff. e. l. i. et ij.

Est ius. [illegible]

Alienis. [illegible]

Rerum. [illegible]

Fruendi. [illegible]

Salva rerum substantia. [illegible]

[illegible]

quoniam edificia omnia urbana predia appellamus. etsi in villa edificata sunt. Item urbanorum prediorum servitutes sunt hee. ut vicinus onera vicini sustineat. ut in parietem eius liceat vicino tignum inmittere. ut stillicidium vel flumen recipiat quis in edes suas vel in aream. vel non recipiat. et ne altius quis tollat edes suas ne luminibus vicini officiat. In rusticorum prediorum servitutes quidam recte computari putant aque haustum. pecoris ad aquam appulsum. ius pascendi. calcis coquende. arene fodiende. Ideo autem servitutes hee prediorum appellantur. quoniam sine prediis constitui non possunt. Nemo enim servitutem adquirere potest urbani predii vel rustici. nisi qui predium habet. nec quisquam debere. nisi qui predium habet. Si quis velit vicino aliquod ius constituere. pactionibus atque stipulationibus id efficere debet. Potest et in testamento quis heredem suum dampnare. ne altius tollat edes suas. ne luminibus vicini edium officiat. vel patiatur eum tignum in parietem. vel stillicidium habere. vel ut patiatur eum per fundum ire. agere. aquamve ex eo ducere.

De usufructu

Ususfructus est ius alienis rebus utendi fruendi. salva rerum substantia. Est enim ius in corpore. quo sublato et ipsum tolli necesse est. Ususfructus a proprietate separationem recipit. idque pluribus modis accidit. ut ecce si quis alicui usumfructum legaverit. nam heres nudam habet proprietatem. legatarius usumfructum. et contra si fundum legaverit deducto usufructu. legatarius nudam habet proprietatem. heres vero usumfructum. Item alii usumfructum. alii deducto eo fundum legare potest. Sine testamento vero si qui velit alii usumfructum constituere. pactionibus et stipulationibus id efficere debet.

[illegible]

Ne vero in universum inutiles essent proprietates semper abscedente usufructu, placuit certis modis extingui usumfructum et ad proprietatem reverti. Constituitur autem usus fructus non tantum in fundo et aedibus, verum etiam in servis et iumentis ceterisque rebus, exceptis his quae ipso usu consumuntur: nam hae res neque naturali ratione neque civili recipiunt usumfructum. Quo numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta. Quibus proxima est pecunia numerata: namque in ipso usu assidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa senatus censuit posse etiam earum rerum usumfructum constitui, ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur. Itaque si pecuniae usus fructus legatus sit, ita datur legatario ut eius fiat, et legatarius satisdet heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur aut capite minuetur. Ceterae quoque res ita traduntur legatario ut eius fiant: sed aestimatis his satisdatur, ut, si morietur aut capite minuetur, tanta pecunia restituatur quanti hae fuerint aestimatae. Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum (nec enim poterat), sed per cautionem quasi usumfructum constituit.

Finitur autem usus fructus morte usufructuarii et duabus capitis deminutionibus, maxima et media, et non utendo per modum et tempus. Quae omnia nostra statuit constitutio. Item finitur usus fructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur (nam extraneo cedendo nihil agitur); vel ex contrario si fructuarius proprietatem rei adquisierit, quae res consolidatio appellatur. Eo amplius constat, si aedes incendio consumptae fuerint vel etiam terrae motu aut vitio suo corruerint, extingui usumfructum, et ne areae quidem usumfructum deberi. Cum autem finitus fuerit usus fructus, revertitur scilicet ad proprietatem, et ex eo tempore nudae proprietatis dominus incipit plenam habere in re potestatem.

De usu et habitatione

Iisdem istis modis quibus usus fructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet, iisdemque illis modis finitur quibus et usus fructus desinit.

Extinguitur usufructus: morte usufructuarii; duabus capitis diminutionibus, maxima et media; non utendo per modum et tempus; cessione facta domino proprietatis; adquisitione proprietatis; consumptione rei.

L

usus fructus in casibus expressis sunt fructuarius et usuarius ut in usu pertinet ... ff. de usufructu. l. i. et l. si seruus. § si idem in fundo et ut in quo est ... quantum solum sibi sufficiat ut ff. e. fundi. Item si insula vel noua ... et uti longinqua ... ut ff. e. diuus. ac. — feno. i. de ... — stramentis. C. de ... ac. — cotidianum. quid si hodie ususfructus qui in ... constituendo ... ab alio in alio fundo constituatur ... loco erat electio ut ... in toto ut ... ac. ... ff. de relig. l. ... ac.

— utatur. tamquam in uino et frumento et oleo. vendere tamen ... uso ... quorum ... est ... ut ff. e. plenum. § ... quis colit agrum ... competat ... ut ... usuarius ut ff. e. si domus usus. et ff. de usuf. l. hactenus ac.

— impedimento. i. si alia ... ac ... et eius familiam ... ut ff. e. si habitatio. § ... ac ...

— alii ius. q. d. ... precario. ac.

— hoia. 8. c. i. § ... ut ... ff. lo. l. locare ... in ... aliis et ... quo ... in ... ac.

— ut ipse. ff. e. l. ... § ... non solum ... ut ff. ... qui ... ac.

— cum marito. ... ut ff. e. l. si ... et ... quos et masculus ... ut ff. e. l. non solum ... ac.

— ipse tantum. non autem alius locare potest si tamen aliquis conducat ... et ... tur ... opera usuarius sui. Item ipsi ... suo sua opera potest locari. acquirendo autem ex re non ex opera usuario ut ff. e. plenum. § si et ... — et in iumento. fac. ff. e. plenum. § equi ...

— neque lacte. nisi modico. ut ff. e. plenum. § ... et si pecoris alius a nullo modo ... concedit ... hunc ad usum suum et ... posse ... ut in fundo ... ac.

— constituta. sic 8. de ... diuisione. § ... — Sed et habitatio. ... habitatio dicitur ... usus ... habitationis. Item est ut C. e. cum antiquitas. ... non ut ... ac. — aliquo. ... et ... sic 8. de ... § ... et de usuf. § si ac. — usus ... locat. ut C. e. cum antiquitas. ... usuarius non habet. ut 8. e. ... — neque ususfructus quia non ... ut ff. e. si habitatio ... si usus ... modum ... ut 8. de usuf. § ... ac. — decisione. C. e. ... antiquitas.

— Sufficiat ... de ... et ob. non dicit ... videtur hic dicere debere ut 8. de rebus corp. § i. ac. — ponemus. sic 8. de ... ad. C. de ob. et ... ac.

— exposuimus. hic continuatio refertur. 8. de re. di. § sigulorum.

— R. de usucapionibus. ... mobilium ... immobilium. ut ... in quibus ... § ... ff. e. usuc. longe ... et ... Jo.

— iure ciuili. i. lege ... ut ... excellentiam. ut ff. de iure ... § ... et c.

quibus et ususfructus desinit. Mi-
nus autem scilicet iuris in usu est
quam in usufructu. Namque is qui fun-
di nudum habet usum
nichil ulterius habere intelligitur quam
ut oleribus pomis floribus
feno stramentis lignis ad
usum cotidianum utatur.
In eoque fundo hactenus ei
morari licet ut neque domino
fundi molestus sit neque
his per quos opera rustica
fiunt impedimento sit. Nec
ulli alii ius quod habet aut
vendere aut locare aut
gratis concedere potest.
cum is qui usumfructum habet potest
hec omnia facere. Item is qui edium
usum habet hactenus iuris
habere intelligitur ut ipse tantum
habitet. nec hoc ius ad alium
transferre potest. et vix recep-
tum esse videtur ut hospitem
ei recipere liceat et cum uxore
sua liberisque suis. Item cum
libertis nec non aliis liberis
personis quibus non minus
quam servis utitur habitandi ius
habeat et convenienter. Sed si ad
mulierem usus edium pertine-
at cum marito ei habitare
liceat. Item is ad quem servi

usus pertinet ipse tantummodo
operis atque ministerio eius uti
potest. ad alium vero nullo
modo ius suum transferre
ei concessum est. Idem scilicet
iuris est et in iumento.
Sed et si pecoris vel ovium
usus legatus fuerit neque
lacte neque agnis neque lana
usuarius utetur quia ea in fruc-
tu sunt. plane ad stercor-
andum agrum suum pecori-
bus uti potest. Sed si cui ha-
bitatio legata sive aliquo
modo constituta sit neque usus
videtur neque ususfructus sed quasi
aliquod proprium ius. quam habita-
tionem habentibus propter rerum uti-
litatem secundum Marcelli sen-
tentiam nostra decisione
promulgata permisimus
non solum in ea degere sed etiam
aliis eam locare. Hec de
servitutibus et usufructu et usu
et habitatione dixisse suf-
ficiat. de hereditate autem
et obligationibus locis suis
dicemus. Exposuimus
summatim quibus modis
res adquiruntur. nunc videamus quibus modis iure
iure gentium et ciuili iure
adquirantur
iure ciuili.

De usucapio-
nibus et longi
temporis prescriptione.

constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crediderit eum dominum esse, rem emerit vel ex donatione aliave qua iusta causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, uno anno ubique, si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucapiebat, ne rerum dominia in incerto essent. Et cum hoc placitum erat, putantibus antiquioribus dominis sufficere ad inquirendas res suas praefata tempora, nobis melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur neque certo loco beneficium hoc concludatur. Et ideo super hoc constitutionem promulgavimus, qua cautum est, ut res quidem mobiles per triennium usucapiantur, immobiles vero per longi temporis possessionem, id est inter praesentes decennio, inter absentes viginti annis usucapiantur. Et his modis non solum in Italia, sed in omni terra quae nostro imperio gubernatur, dominium iusta causa possessionis praecedente possit adquiri.

Sed aliquando etiam si maxime quis bona fide rem possederit, non tamen illi usucapio procedit ullo tempore, veluti si quis liberum hominem vel rem sacram vel religiosam vel servum fugitivum possideat.

Furtivae quoque res et quae vi possessae sunt, nec si praedicto longo tempore bona fide possessae fuerint, usucapi possunt. Nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum et lex Atinia inhibet usucapionem, vi possessarum rerum lex Iulia et Plautia.

Quod autem dictum est furtivarum et vi possessarum rerum usucapionem per legem prohibitam esse, non eo pertinet, ut ne ipse fur quive per vim possidet usucapere possit; nam his alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possident; sed nec ullus alius, quamvis ab eis bona fide emerit vel ex alia causa acceperit, usucapiendi ius habeat. Unde in rebus mobilibus non facile procedit, ut bonae fidei possessori usucapio competat. Nam qui alienam

Usucapio est adiectio dominii rei mobilis per continuationem temporis a lege diffiniti.
Prescriptio est adiectio dominii rei immobilis per continuationem temporis a lege diffiniti.

[illegible gloss]

rem [illegible] vendidit vel
ex alia causa tradidit furtum
eius committit. Sed tamen aliquando
aliter se habet. Nam si heres
rem defuncto commodatam
aut locatam vel apud eum
depositam existimans he-
reditariam esse bona fide ac-
cipienti vendiderit aut do-
naverit aut dotis nomine
dederit, quin is qui acceperit
usucapere possit non est du-
bium, quippe cum res ea
in furti vitium non ceciderit,
cum utique heres qui bona
fide tamquam suam aliena-
verit furtum non committit.
Item si is ad quem ancille u-
susfructus pertinet partum suum
credens esse vendiderit aut
donaverit, furtum non com-
mittit; furtum enim sine
affectu furandi non commit-
titur. Aliis quoque modis
accidere potest ut quis sine vitio
furti rem alienam ad ali-
quem transferat et efficiat ut
a possessore usucapiatur. Quod
autem ad eas res que solo con-
tinentur expeditius procedit, ut
si quis loci vacantis possessionem propter

absentiam aut negligentiam
domini aut quia sine successore
decesserit sine vi nanciscatur,
qui quamvis ipse mala fide pos-
sidet, quia intelligit alie-
num fundum se occupas-
se, tamen si alii bona fide ac-
cipienti tradiderit, poterit
ei longa possessione adquiri
res, quia neque furtivum neque vi
possessum accepit. Aboli-
ta enim est quorundam vete-
rum existimantium et fun-
di loci vel furtum fieri.
Et eorum qui res soli possiderint
principalibus constitutionibus
prospicitur ne cui et longa
et indubitata possessio aufer-
ri debeat. Aliquando et fur-
tiva vel vi possessa res usu-
capi potest, veluti si in domini
potestatem reversa fuerit; tunc
enim vitio rei purgato pro-
cedit eius usucapio. Res
fisci nostri usucapi non pot-
est. Sed Papinianus scripsit bonis va-
cantibus fisco nondum
nunciatis bona fide em-
ptorem sibi traditam rem
ex his bonis usucapere pos-
se, et ita divus Pius et divi
Severus et Antoninus

[illegible gloss]

rescripserunt. Nonnumquam sciendum est uerum talem esse debere ut tamen se non heredem ... ut a bone fidei emptore usucapi possit uel qui alia iusta causa possidet.

Error autem falsae causae usucapionem non parit. ueluti si quis cum non emerit emisse se existimans possideat. uel cum donatum non fuerat quasi ex donatione possideat.

Diutina possessio que prodesse cepit defuncto et heredi et possessori bonorum continuatur, licet ipse sciat predium esse alienum. quod si ille initium iustum non habuit, heredi et bonorum possessori licet ignoranti possessio non prodest.

Quod nostra constitutio similiter et in usucapionibus obseruari constituit, ut tempora continuentur.

Inter emptorem quoque et uenditorem coniungi tempora diui Seuerus et Antoninus rescripserunt.

Edicto diui Marci cauetur eum qui a fisco rem alienam emit si post uenditionem quinquennium preterierit posse dominum rei per exceptionem repellere. Constitutio autem diue memorie Zenonis bene prospexit his qui a fisco per uenditionem uel per donationem uel alium titulum aliquid accipiunt ut ipsi quidem securi statim fiant et uictores existant, siue experiantur siue conueniantur. Aduersus autem sacratissimum erarium usque ad quadriennium liceat intendere his qui pro dominio uel ypotheca earum rerum que alienate sunt putauerint sibi competere quasdam actiones. Nostra autem diuina constitutio quam nuper promulgauimus et de his qui a nostra uel uenerabilis auguste domo aliquid acceperint hec statuit que in fiscalibus alienationibus prefate zenoniane constitutionis continentur.

De donationibus

Est et aliud genus adquisitionis donatio.

Donationum autem sunt duo genera: mortis causa et non mortis causa.

Mortis causa donatio est que

...propter mortis fit suspicionem, cum quis ita donat, ut si quid ei humanitus contigisset, haberet is qui accepit; si autem supervixisset qui donavit, reciperet, vel si eum donationis penituisset, aut prior decesserit is cui donatum sit.

Hee mortis causa donationes ad exemplum legatorum redacte sunt per omnia. Nam cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis an legati instar eam optinere oporteret, et utriusque cause quedam habebat insignia, et alii ad aliud eam genus retrahebant: a nobis constitutum est, ut per omnia fere legatis connumeretur, et sic procedat quemadmodum eam nostra formavit constitutio.

Et in summa mortis causa donatio est, cum magis se quis velit habere quam eum cui donatur, magisque eum cui donat quam heredem suum. Sic et apud Homerum Thelemacus donat Pyreo.

Alie autem donationes sunt, que sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus: que omnino non comparantur legatis; que si fuerint perfecte, temere revocari non possunt.

Perficiuntur autem cum donator suam voluntatem scriptis aut sine scriptis manifestaverit. Et ad exemplum venditionis nostra constitutio eas et in se habere necessitatem traditionis voluit, ut et si non tradantur, habeant plenissimum et perfectum robur et traditionis necessitas incumbat donatori.

Et cum retro principum dispositiones insinuari eas actis intervenientibus volebant, si maiores ducentorum fuerant solidorum, nostra constitutio eam quantitatem usque ad quingentos solidos ampliavit, quam stare et sine insinuatione statuit, et quasdam donationes invenit, que penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem.

Alia insuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus, que omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt.

Sciendum tamen, quod et si plenissime sint donationes ...

nationes. Et si ingratissimi existant homines in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam praestavimus certis ex causis eas revocare, ne qui res suas in alios contulerint, ab his quandam patiantur iniuriam vel iacturam, secundum enumeratos in nostra constitutione modos. Est et aliud genus donationum inter vivos, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a iunioribus divis principibus introductum est, quod ante nuptias vocabatur et tacitam in se condicionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium fuerit insecutum: ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur et numquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem divus Iustinus pater noster, cum augeri dotes et post nuptias fuerat permissum, si quid tale evenit, etiam ante nuptias donationem augeri et constante matrimonio sua constitutione permisit: sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes et consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus, ut tales donationes non augeantur tantum, sed et constante matrimonio initium accipiant et non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur et dotibus in hoc exaequentur, ut, quemadmodum dotes et constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita et istae donationes, quae propter nuptias introductae sunt, non solum antecedant matrimonium, sed etiam eo contracto et augeantur et constituantur.

Erat olim et alius modus civilis adquisitionis per ius accrescendi, quod est tale: si communem servum habens aliquis cum Titio solus libertatem ei imposuerit vel vindicta vel

exemplo. sic C. de pbat. l. exemplo. | Servum communem. C. de servo manu. l. i. communes. s. ut libertates p. l. fus. si immutantur. Set ubi non valet testamentum libertates non revocantur. ut ff. de inof. t. pat. s. sed ante et libertates et s. si. Set ut ff. de fidi. co. li. generaliter s. si quis servo. | Cuius favore. s. libertatis. | diffinimus. C. de com. s. ma. l. i. s. et autem et s. si autem socius. | accipiente. vel eo deposito. ut C. de co. s. ma. l. i. s. si autem s. si autem socius et non quia complentur verba.

Dotale. s. inestimatum. ut C. de rei uxorie act. s. et cum lex. Alias si estimatum esset posset alienari si estimatio fiat ut faciat quod valet. ut C. de rei ux. act. l. et si non vi. inum. et de fundo do. l. i. dic dotale vel quod ut ff. de fundo. l. iii. et iiii. quid si res mobilis est. R. potest alienari si maritus est solvendo. ut C. de ser. pig. da. ma. l. i. | Invita. quod ea volente poterat. quod corrigitur statim ut invite. prohibetur nisi pervenit ad divisionem fundi dotalis. ut C. de fundo do. l. fi. Set non ex necessitate. Set non cum inutilitate. ut ff. de fundo do. l. i. Set si vertatur ad utilitatem mulieris. ut ff. de iur. do. l. fi. | alienare.

Ex est speciale contra regulam. ut C. de contrahen. emp. l. invitum.

testamento eo casu pars eius
amittebatur et socio accres-
cebat. Sed cum pessimum fu-
erat exemplum et libertate ti-
midi defraudari et ex ea inhu-
manioribus quidem dominis dam-
num inferri, severioribus
autem dominis lucrum accedere:
hoc quasi invidie plenum pio
remedio per nostram constitutionem
mederi necessarium duximus
et invenimus viam per quam
et manumissor et socius
eius et qui libertatem acce-
pit nostro fruantur beneficio,
libertate cum effectu procedente:
cuius favore et antiquos legisla-
tores multa et contra communes regulas
statuisse manifestissimum
est, et eo qui libertatem impo-
suit sue liberalitatis stabilita-
te gaudente, et socio indem-
pni conservato precium servi secun-
dum partem dominii quod nos diffi-
nivimus accedente accipi-
ente. Quibus alienare licet vel non licet.

Accidit aliquando ut
qui rei dominus sit aliena-
re non possit, et contra qui dominus
non sit alienande rei potes-
tatem habeat. Nam dotale predi-
um maritus invita muliere
per legem Iuliam prohibetur alie-
nare, quamvis ipsius sit dotis
causa ei datum. Quod nos legem
Iuliam corrigentes ad me-
liorem statum deduximus.

Cum enim lex Iulia in soli
tantummodo rebus locum habebat
que Ytalice fuerant, et alie-
nationes inhibebat que
invita muliere fiebant, ypo-
techas autem earum et volente
ea, utrique remedium impo-
suimus, ut et in eas res que
in provinciali solo posite sunt
interdicta fiat alienatio
vel obligatio, et neutrum eorum
nec consentientibus mulieribus pro-
cedat, ne sexus muliebris fra-
gilitas in perniciem substan-
tie earum converteretur.

Contra autem creditor pignus ex
pactione, quamvis eius ea res
non sit, alienare potest.

Sed hoc forsitan ideo videtur
fieri quod voluntate debitoris
intelligitur pignus aliena-
ri, qui ab initio contractus pactus
est ut liceret creditori

Leges latores

Quibus alienare licet vel non. Subaudi licet vel non sint domini ut in littera declaratur.

hoc large accipias sive domi-
nium transferatur sive aliud
constituatur. ut C. de rebus ex.
al. vel non l. fi. et l. aut. de cla.
s. alienationis. et de fundo. do.
l. iiii. | Ypo. s. de iure gen.
ut per traditionem et casum s. ap-
probatione. s. Io. aliud dicit de iur.
a. s. fictione non vero gen. ut C.
de iur. do. in rebus. Sed quia ibi dicitur
vir vel uxore dominam esse. vin
est per nexo. quod dicit quicquid
talentum pertinet. et si non dili.
gen. | Corrigentes. in duobus
capitulis. in aliis non. | Deduxi-
mus. ut C. de rei ux. act. s. et cum lex.
| lex. s. Iulia. | Ytalice. i. in Itali-
cis prohibebat alienationem et hoc
erat primum eius vitium.
| Invita. sed ea volente concedebat
et hoc erat secundum vitium. | volente
si mulier prohibebat. | utrique. s.
vitio. | et interdicta. quid si fi-
at. R. vendicat maritus
constante matrimonio contra
fem. sive ux. veniens si fuit con-
tra l. C. de agricol. et cen. quidem. et
de rei ven. constante. sed dissolu-
to eo mulier. ut C. de iur. do.
ubi adhuc. | Sexus speciale in
suo favore non potest renun-
tiare quia est rei privatae interest. ut
ff. soluto ma. l. i. sic ff. de pac.
do. l. de die. | In perniciem. i. destruc-
tionem | converteretur. similia sunt
ubi et dominus non alienat. ut ff. ad
l. iul. ma. l. fi. et C. de hereticis
ma. l. manichaeos. s. pe. et C.
de pdi. curi. l. f. r. x. et e. s. nunc
admonendi. | Contra. i. e contrario.
alienare. idem in iudice. ut
ff. si ex nox. ca. a. l. ii. et i. de off.
iud. in fi. Idem in flumine. ut
ff. de acquir. r. do. quod s. alluvio. Idem in impubere et ang. ut s. de usuc.
s. ut. Idem in placitis etc. ut in aut. hoc ius por. Idem in tutoribus qui dicuntur
loci obtinendi. ut ff. de fur. idem. s. qui tutelam. Idem in procuratore
qui habet liberam administrationem. ut s. de rer. di. s. nil autem. Idem in filius familias habentibus
liberam peculii administrationem. ut ff. de pig. act. si convenit. s. r. a. fe.

non solvatur. scilicet tempore constituto. | Impediret. si non esset pactum de pignore vendendo. | Temere. id est nimis cito, ut ff. de usuris in princ. | Constitutione. C. de iure dom. impe. l. fi. § i et ii. | Et certus. ut si actum sit de vendendo nulla conventione vendere possit. si nichil sit dictum de vendendo, denuntiabit semel, et tunc elapso biennio vendet, ut C. de iure dom. impe. l. fi. § i et ii. Si autem dictum fuit ut non vendatur, ter denuntiabit, et tunc vendet, ut ff. de pig. act. si convenit. | Tenore. scilicet constitutionis. | Nunc admonendi. ullam. id est ratione specialis in possessionis quam agnatus retinent, licet corporalem sine tutore perdere possit, ut ff. de adqui. re. do. l. pupillus, et de adquir. pos. l. possessione. Quid in adulto? Respondeo: si non habet curatorem, potest alienare que servando servari non possunt; si habet curatorem, similis est pupillo, ut C. de in integrum rest. mi. l. si curatorem. | Posse. sic ff. de auc. tu. in princ. ff. de solut. l. quod si forte in fi. et l. pupillo. et ff. si cui plus quam per l. non omnis § si. | Dederit. id est tradiderint, cum dare sit accipientis facere, ut infra de act. § sic itaque. si potentiore non intelligitur locum, ut sequitur: ideoque vendicet. | Obligationem. scilicet personalem ex mutuo. | Pecuniam. bona ratio, ut infra quibus modis re contra. ob. in princ. | Bona fide. credens eum maiorem, ut ff. de contr. emp. l. ii. § si a pupillo, vel errans in iure licet ar. contra, ut ff. de contr. emp. l. ii. § si a pupillo.

pignus vendere, si pecunia non solvatur. Sed ne creditores ius suum persequi impedirentur, neve debitores temere suarum rerum dominium amittere videantur, nostra constitutione consultum est, et certus modus impositus est, per quem pignorum distractio possit procedere: cuius tenore utrique parti creditorum et debitorum satis abunde provisum est.

Nunc admonendi sumus neque pupillum neque pupillam ullam rem sine tutoris auctoritate alienare posse. Ideoque si mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis. Ideoque vendicare nummos possunt, sicubi extent. Sed si nummi quos mutuos dedit minor ab eo qui accepit bona fide consumpti sunt, condici possunt; si mala fide, ad exhibendum de his agi potest.

At ex contrario omnes res pupillo et pupille sine tutoris auctoritate recte dari possunt.

Consumpti. quod fit expendendo vel cum aliis commiscendo, ut C. de usuris, § contrahitur, ff. de sol. si alienam. | Condici. id est certi condictione ex mutuo reconciliato, per consumptionem, ut ff. si certum pe. si a furioso, et l. se. | Per supplementum reconciliatur, ut C. si certum pe. l. quamvis, i. ii. cartarum, ut ff. de iur. do. per calus, et no. infra quibus modis re. contra. ob. in prin.

Condici ad exhibendum. quia tenetur qui dolo fecit quo minus possit exhibere, ut ff. ad exhibend. l. ad exhib. et sic mutatur ... ex eo quod interest pupilli eius pecuniam redditam esse, ut ff. de iure iur. l. a ... et l. in minimis. | Ex contrario. recte. ut res fiant accipientis, non ut debitor liberetur, et hoc sequitur.

Liberabitur. scilicet debitor pupilli, licet contra ff. de sol. l. si stipulatus fuero, ubi pupillus erat adiectus, nec quicquam sibi debebatur, cum ad solutionem tantum poneretur, ut infra e. ti. de solutionibus, quod stipulationibus, et l. qui res § aream. | Constitutione. ut C. de admi. tu. sancimus. | Debitorem. ex mutuo vel simili causa, non ex pensione vel reditu, ut C. de admi. tu. l. sancimus, et l. constitutionem. | Sententia. scilicet interlocutoria, quod preceptum vulgariter appellatur, ut si dicat decerno vel precipio te solvere vel deponere, ut ff. de mino. l. aut prior § quid tamen. | Sine omni. vel sportularum vel preciorum tabelliorum, sed nunquid debitor pro sua parte solvet? Respondeo non, ut C. de fruc. et li. ex. l. fi. et sacro. sic C. de episco. au. eadem de decretis in fi. et in aut. de san. ep. § sportularum. | Pronuntiaverit. nota quod tutor et iudex necessarii sunt. Sed p. sed nos dicimus quod solus iudex sufficit, ut ff. de mino. aut prior § quid tamen et l. quod si minor in fi. | Securitas. ut nec restituatur, sicut in predio alienato cum decreto, quia emptio ex voluntate, solutio ex necessitate fit, ut ff. de mino. aut prior § quid tamen et l. quod si minor in fi. et C. de predi. mi. l. si quidem.

Ideoque si debitor pupillo solvat, necessaria debitori est tutoris auctoritas: alioquin non liberabitur. Sed etiam hoc evidentissima ratione statutum est in constitutione quam ad Cesarienses advocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi questoris sacri palatii nostri promulgavimus: qua dispositum est ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius sententia iudicialis sine omni dampno celebrata hoc permittat. Quo subsecuto, et si iudex pronuntiaverit et debitor solverit, sequitur huiusmodi solutionem plenissima securitas.

Sin autem aliter quam disposuimus solutio facta fuerit, pecuniam autem salvam habeat pupillus, aut ex ea locupletior sit, et adhuc eandem summam pecunie petat, per exceptionem doli mali summoveri poterit. Quod si eam male consumpserit aut furto amiserit, nichil proderit debitori doli mali exceptio, sed nichilominus dampnabitur.

Sin autem solutio. ut soli pupillo vel adulto curatorem habenti sine eo. Unde ipso iure non liberatur, ut infra ibi: nichil proderit et cetera. | Locupletior. quod est et si non est factus pauperior, ut ff. de solut. in pupill. | Petat. et sic est de peccata solutione. Unde non auditur, ut C. de contr. emp. l. eum. | Nichil. apparet ergo quod ipso iure non est liberatus quam sine tutore autem; si autem cum auctore tunc ipso iure liberatus; sed tunc restitueretur minor pro dicta pecunia, ut C. si adversus sol. l. i. | Dampnabitur. scilicet ipso minore petente vel alio suo nomine, non extraneo, ut ff. de sol. l. filius.

mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm
mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm.

Solutio. Etiam hic diffusam materiam distinguit. cum debitor pupillo solvit. aut consequitur plenam aut pleniorem aut plenissimam securitatem. si solvit pupillo sine tutoris auctoritate et pupillus hanc salvam pecuniam vel ex ea locupletior est. liberatur non ipso iure sed per exceptionem ... si autem solvat tutoris auctoritate ipso iure liberatur ... plenissima si index interveniat cum tutore ... Ex diverso non possunt. distingue aut id quod erat solvendum non poterat alienari sine decreto ... solvendo ... si pupillus ... non tenetur ... quod solutum est ... creditor ...

... ex re longe posita vel rem vel fructus ex rebus patris vel occasione patris quocumque modo quesita ... cum possidet et de usu ... castren. pec. ... dicitur ... constitucionem ut C. de bonis que lib. ... in nullo usumfructum ... adventicium ... si pacto ut ad patrem non pertineat usufructus ... ut filius una cum patre in hereditate fratris vel sororis ... donetur filio familias eo pacto ut manumittatur statim ...

solus sufficit tutor vel curator. vel adultus non habens curatorem nec restituuntur cum non sint decepti. si sine tutore solvunt non liberatur. si dummodo consistit ... consumptionem ut ... si vero pecunia non omnis ... quam debitum erat civile et naturale ... aut vile ... poterit repetere si sine solvit ... ut ff. de condic. indebiti.

Per quas personas nobis adquiritur. est modus in rebus sunt certi denique fines. ... quoniam ... tradicium est. tunc certi sunt homines per quos adquiritur et sunt vi. per nos. per filios. per servos nostros. per alienos in quibus usumfructum habemus. per alienos quos bona fide possidemus. per liberum hominem quem bona fide possidemus ... in quo nudum habemus usumfructum ... Differt autem a quodam alio ... de rebus tractat adquirendis ... bona fide ...

que debetur et sine tutoris auctoritate et non secundum imperialem dispositionem solutio fiat. Sed ex diverso pupilli vel pupille solvere sine tutoris auctoritate non possunt, quia id quod solvunt non fit accipientis, cum scilicet nullius rei alienatio eis sine tutoris auctoritate concessa est.

Per quas personas nobis adquiritur.

Adquiritur nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos quos in potestate habemus. Item per eos servos in quibus usumfructum habemus. Item per homines liberos et servos alienos quos bona fide possidemus. De quibus singulis diligentius dispiciamus.

Igitur liberi vestri utriusque sexus quos in potestate habetis olim quidem quicquid ad eos pervenerat, exceptis videlicet castrensibus peculiis, hoc parentibus suis adquirebant sine ulla distinctione. Et hoc ita parentum fiebat ut esset eis licentia quod per unum vel per alium eorum adquisitum est alii filio vel extraneo donare vel vendere vel quocumque modo voluerant applicare. Quod nobis inhumanum visum est, et generali constitutione emissa et liberis pepercimus et patribus debitum reservavimus honorem. Sancitum etenim a nobis est ut si quid ex re patris ei obveniat, hoc secundum antiquam observationem totum parenti adquirat. Que enim invidia est quod ex patris occasione profectum est hoc ad eum reverti? Quod autem ex alia causa sibi filiusfamilias adquisivit, huius usumfructum quidem patri adquirat, dominium autem apud eum remaneat, ne quod ei suis laboribus vel prospera fortuna accessit, hoc in alium perveniens luctuosum ei procedat.

Hoc quoque a nobis dispositum est et in ea specie ubi parens emancipando liberum ex rebus que adquisitionem effugiunt sibi partem tertiam retinere si voluerat licentiam ex anterioribus constitutionibus habebat, quasi pro pretio quodammodo emancipationis, dominio pro parte defraudetur, et quod honoris ex emancipatione additum est.

Hoc inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum suarum ex hac emancipatione ...

... statim vel non qui pater noluit consentire filio adeunti hereditatem aliquam ut C. de bonis que li. l. fi. ... parente invito sine divitente bona filius applicetur ... ut Inst. de inofficioso testamento ... quid dicemus in dubio ... presumitur habuisse sicut si uxor ... ex bonis mariti ut ff. de donat. inter vir. et ux. ... distingue an filius sit diligens et pater inops ... ex bonis diligentis ... Collige peculium aliud castrense aliud quasi castrense aliud profecticium aliud adventicium ... ut C. de bonis que li. l. cum oportet. ... honore fuerit et filius parentum dispositione ... castrensia et que non acquirebantur de quibus nichil de timebat pater ut C. de bonis ... moderna ...

qui non usucapitur ut ff. de acquirendo rerum dominio l. cum bona fide et C. de prescriptione longi temporis ... sola bona fide sufficit et quo ad usucapionem et quo ad fructus ... ut ff. de usuf. ... Igitur quia de singulis dicitur ... primo dicit olim antiquitatem primo recitat castrensibus ... ut ff. de testamento militis ... nec castrense ... ut C. de bonis que li. ... castrense quod ... in castris acquiritur ... quasi castrense ... ut ff. de castren. pec. l. ... magnum ... advocati ... ut C. de advocatis diversorum iudiciorum ... adventicii vel profecticii ... ut C. de bonis que li. l. cum oportet. § 1.

non quia non erat adhuc statutum in adventiciis ut non acquirantur patri tempore ... ut C. de bonis maternis l. 1. et ii. ... ut patri emancipando filium de ... matrinis etiam teneat pro pretio quartum quo caveretur ... adventicia acquirantur filiis et quo corrigitur ... ut C. de bonis que li. ... constitucionibus ... ut C. de bonis que li. cum oportet. § pen.

Peculium est quod pupillus servus vel filius familias seorsum a rationibus paternis vel dominicis ...
Peculium aliud castrense aliud quasi castrense aliud profecticium aliud adventicium aliud regulare ...
Peculium castrense est quod miles adquirit dummodo in castris militat.
Peculium quasi castrense est quod rethores et doctores in scolis adquirunt.
Peculium profecticium est quod filius vel servus ex rebus domini vel patris adquirit.
Peculium adventicium est quod filius ex prospera fortuna adquirit vel ex testamento ...

decrescat. ar. C. de legit. he. l. ult. C. de caduc. toll. l. i. § sed
quoque dimidiam quam semper retineret nisi expresse remitteret. ut C. de bonis que li. l. cum op. dimidia. i. loco tercie quam
habebat olim in bonis maternis ratione precii uti hodie
dimidiam usufructus in omnibus aduenticiis. ut C. de bonis
que li. l. cum oportet.
Item supplet et ita obligationem dno querit ex qualibet
stipulatione vel specificatione vel retencione. ut C. de rei
vi. § si res et § cum quis et § thesauros et insulas. sic ff.
de acquir. re. do. et insulas sic ff. de ii. o. (?) furiis vetante ar.
C. ff. de donat. hnitur (?) quod non pot. suum s. ad suam utilitatem
si dominus pot. ut l. de fu. § si s. et cum sciam quod est ex fino et ad
suam utilitatem
quia ut sidonius ex suo
legatum relinquat ut
C. de necess. ser. quidam
et illo. et est ex iu. aliud
equitate non ratione
de quo in alietat (?)
erat relictum ut C. de
leg. l. cuius et ff.
alte. ut l. si suo al.
alte. alium non tenet
licet mihi velit sed si
licet non
i(n)dicitur
en ce ne
cessaria.
Sunt ut
dicit ad
perdat
ut ff. de
acquir.
he. dicit
C. ut
sum ff. dom
sed sunt uo
litas ut
C. de uti
. cu. p
ponas.
sum trebel
lianica
testude
. uos fac
enda fo
uxit dni
sufficit
volum
tas at
tor
pot ser
uo dam
suum consentire et
dum velle sum autem sive
post oportet. ut ff. ad
trebell. § uo iussu
tem. ta. ha. l. p. i. lega-
to non est opus iussione cum emolumentum tantum continetur.
ut ff. man. si hereditatem. adierit. s. servus. perinde. quia non
perinde ut si filio meo substituam eos quos mihi heredes fe-
cerint. nam vocantur ex substitutione qui per se non per s[er]-
uos heredes sunt. ut ff. de uul. et pu. sub. qui in liberis
§. sed ubi. Item ar. ut ff. de r. i. cum filio § ipsi uo. et § ideo.
adquiritur. sed servus tamen vel hec sed dominus tantum. ut ff. de do-
na. mor. l. si. et de adim. l. l. suo cum ac.

ex suo iuris effectus est. Hoc
propter diminutionem decrescat.
Ideoque statuimus ut parentibus
non plene dominium quam retine-
re poterant, dimidiam non
dominii sed ususfructus retineant.
Ita enim et res intacte apud
filium remanebunt et pater
ampliore summa fruatur
pro tercia dimidia potitur.
Item vobis adquiritur quod ser-
vi ex traditione nanciscantur
sive quid stipulentur vel ex do-
natione vel ex legato vel ex
qualibet alia causa adquirunt:
hoc enim vobis et ignorantibus
et invitis obvenit. Ipse enim
servus qui in potestate alterius
est nihil suum habere potest. Sed
si heres institutus sit non alias
nisi iussu vestro hereditatem adi-
re potest; et si iubentibus vobis
adierit vobis hereditas adqui-
ritur, perinde ac si vos ipsi heredes
instituti essetis. Et convenienter
scilicet legatum per eos vobis ad-
quiritur. Non solum autem
proprietas per eos quos in potestate
habetis adquiritur vobis sed et pos-
sessio: cuiuscumque enim rei pos-
sessionem adepti fuerint, id
vos possidere videmini. Unde
et per eos usucapio vel longi
temporis possessio vobis accedit.
De his autem servis in quibus
tantum usumfructum habetis ita pla-
cuit ut quicquid ex re vestra
vel operis suis adquirunt id
vobis adquiratur. Quod vero extra
eas causas persecuti sunt id
ad dominum proprietatis pertinet.
Itaque si is servus heres institutus
fuerit legatumve quid ei
aut donatum fuerit, non
usufructuario sed domino pro-
prietatis adquiritur. Idem
placet et de eo qui a vobis
bona fide possidetur, sive is
liber sit sive alienus servus.
Quod enim placuit de usufruc-
tuario, idem placet et de bone
fidei possessore. Itaque quod extra
duas causas adquiritur vel id ad
ipsum pertinet quilibet est vel
ad dominum si servus est. Sed bone
fidei possessor cum usuceperit
servum, quia eo modo dominus fit, ex
omnibus causis per eum sibi ad-
quirere potest. Fructuarius
vero usucapere non potest, primum

Non solum. adepti. s. iuste secundum quosdam. ut alibi. quod dicit ut
diximus. ff. de his qui sunt sui vel al. iur. § i. videmini. et igno-
rantes. ut ff. de adquir. pos. l. iii. § cattus. usucapio. in rebus
peculiaribus statim in dominicis postquam dominus scit. ut ff. pro do. l. ii.
et de usuc. l. labeo. possessio. i. prescriptio. que est effectus longe pos-
sessionis. ut ff. de usuc. l. iii. Ex re. ex opere. § e. § i. persecuti.
quod aliquid in contemplatione fructuarii sit institutus
vel aliquid ei datum fuerit. quo casu ex re eius fructuarii et sic
questie esse videatur. ut ff. de usuf. l. sed et si quid. non tamen fructuarii
iussus sufficit ad adeundam hereditatem. ut ff. de adquir. hered.
atio. § preterea. ac. Idem placet. s. quo ad adquisitionem ut sta-
tim sequitur. nam in alio differt. ut j. e. § sed bone fidei.
sive. per possessionem quam sibi
quis non potest cum ipse ab
alio possideatur. ut ff. ad
l. iul. de adul. l. si eiemet.
Item per usucapionem quod
de non queritur sine possessione
ut ff. de adquir. re. do. homo
lib. § quicquid. et de usuf.
sive. sed in hereditate per li-
berum hominem in que-
do. vj. simo necessaria
quoniam si quis de eiur. non
quia s. ut mei contemplatione
instituamus. Item ut suam
condicionem suam instituit.
Item quod iussu meo adeat. Item
quod volente adeat. Item quod ve-
lit mihi querere. Item quod bona
fide possideam. Benedico
oportet ut sciat condicionem su-
am nam ignorans sive co-
dicionis nulli adquirit.
de non. ut ff. de adquir.
hered. qui putat. § qui
bona fide. et l. vj. § i. quod
se obligare non voluit pos-
sessori non si non inve-
nit iussus. ut ff. de adquir.
hered. si quis
in ho. § ius-
sum. Item si
invenitur.
ut ff. de adquir.
he. l. vi. §
cessus. et § i.
nam et si uili
necessitate dedit
sed fecisse. ut
ff. de neg. ges.
atque § si
uo. est non
pot adquirere.
ut ff. de hered.
instit. ho. lib. i. pri. si sci-
ens condicionem suam volens
querere tamen querit s. sed resti-
tuit in possessori per dictum sed ca. cuius intuitu fuit institutus. sic
si volens querere possessori cuius intuitu fuit institutus iussu eius ade-
undo querit sed non eius contemplatione. tamen ut ff. de adquir. re. do. lib.
ho. in pri. Item pot. dici quod ingratus querendo. ut ff. de adquir. he.
qui putat. § de eo. cum non contemplatione pos. iussu vel
l. qui in aliena. in fi. § cum aut.

[illegible]

Sed dominus sit. sic C. de pac. traditionibus. non possidet. s. ciuiliter. sed naturaliter ut ff. de adquir. pos. l. naturaliter. unde utile interdictum unde vi sibi datur, ut ff. de vi et vi ar. l. iii. § vlt. hic. sic ff. de adquir. pos. l. i. § per eum. sic ff. qui satisda. co. l. sciendum § ii. quare scit, unde non usucapit cum malam fidem habeat ut s. de usucap. in principio.

Per hanc. ita quod per procuratorem nanque sola possessio cum res mancipata sit vel non queritur. nam et per traditionem res [...] et possessio. sed illa eadem et per me adquiritur, ut s. de re. di. § per traditionem. et C. eo. l. i. sed in pr. aliud dicit per solam pos. quia dominium ut hic. et C. e. l. i. sed l. ii. dicit simpliciter excepta possessione, sed excepta causa pos. i. dominio. vel azo

Non solum in utriusque. no. de tribus utriusque dicitur, vel melius de fructuario et bone fidei possessore, ut s. e. §. de his. et §. Idem placet.

quia non possidet, sed habet ius utendi fruendi. Deinde quia scit servum alienum esse. ¶ Non solum autem proprietas per eos servos in quibus usumfructum habetis vel quos bona fide possidetis vel per liberam personam que bona fide vobis servit adquiritur, sed etiam possessio. Loquimur autem in utriusque persona secundum diffinitionem quam proxime exposuimus, id est si quam possessionem ex re vestra vel ex operis suis adepti fuerint.

¶ Ex his itaque apparet per liberos homines quos neque iuri vestro subiectos habetis neque bona fide possidetis, item per alienos servos in quibus neque usumfructum habetis neque iustam possessionem, nulla ex causa vobis adquiri posse. Et hoc est quod dicitur per extraneam personam nihil adquiri posse, excepto eo quod per liberam personam veluti per procuratorem placet non solum scientibus sed et ignorantibus vobis adquiri possessionem secundum divi Severi constitutionem, et per hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuit qui tradidit, vel usucapionem vel longi temporis prescriptionem, si dominus non sit.

¶ Hactenus tantisper admonuisse sufficiat quemadmodum singule res vobis adquiruntur. Nam legatorum iure, quo et ipso iure singule res vobis adquiruntur, item fideicommissorum, ubi singule res vobis relinquuntur, oportunius inferiori loco referemus.

¶ Videamus itaque nunc quibus modis per universitatem res vobis adquiruntur. Si cui ergo heredes facti sitis sive cuius bonorum possessionem petieritis, vel si quem adrogaveritis, vel si cuius bona libertatum conservandarum causa vobis addicta fuerint, omnes eius res ad vos transeunt.

¶ Ac prius de hereditatibus despiciamus, quarum duplex conditio est: nam vel ex testamento vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est ut de his despiciamus que vobis ex testamento obveniunt.

Quia cum pos. sit post usucapionem ut ff. de usuc. l. i. usucapionem. vobis scientibus ut C. de adquir. pos. l. i. ac admonuisse s. de re. di. § singulorum.

Ex his apparet. s. ar. simpliciter a contrario sensu. nam si tamen per predictos homines adquiritur, non per alios, ut ff. de ob. et ac. l. quecumque. C. per quas pers. l. i. in prin. adquiritur [...] fallit in tutore et curatore et similibus personis ut dicemus i. § de tutel. sup. § si quis alii possessionem. C. de adquir. pos. possessio cuius § et si possessione questione que est C. per quas pers. l. ii.

adquiritur per nos et alios sit in titulo isto legatorum. Rl. [?] tacite obiectionem quia si possit de singulis legatis adde in secundum legatorum referemus ut j. de leg. per totum. et j. de singulis re. per fidei. et re. per totum. ac. si cui heredes. s. de iure ciuili ut j. de hered. instit. usque ad tit. de bon. pos. bonorum. s. iure pretorio ut j. de bon. pos. per totum. arrogaveritis. j. de adqui. per arrog. per tot. fuerint. j. de eo cui lib. ca. bo. adi. per totum. ex testamento. de quibus usque ad tertium librum dicetur ac.

Testamentum) appellatur secundum ethimologiam ... quod lapis qui ... ... iuventum ... codicillus post dici testamentum. Diffinitur autem sic: testamentum est voluntatis nostre iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri voluit ... est attendenda tamen institutione heredis ... heredis ... de caducis ...

Postea, scilicet media iurisprudentia. honorario, id est pretorio ... iure ... quodammodo ... compu... tempore. vii. testibus ... et subscriptione ... subscribatur ... se affuisse testo ordinando ... tu imposito ... necessario ... heredes ...

... iure necessarium est initium de testamentis ordinandis exponere.

De testamentis ordinandis.

Testamentum ex eo appellatur quod testatio mentis est. Sed ut nichil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est olim quidem duo genera testamentorum in usu fuisse, quorum altero in pace et in otio utebantur, quod calatis comitiis appellabant, altero cum in prelium exituri essent, quod procinctum vocabatur. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per es et libram, scilicet quia per emancipationem, id est imaginariam quandam venditionem, agebatur, quinque testibus et libripende civibus Romanis puberibus presentibus et eo qui familie emptor dicebatur. Sed illa quidem duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt. Quod vero per es et libram fiebat, licet diutius permansit, attamen partim et hoc in usu esse desiit. Sed predicta quidem nomina testamentorum ad ius civile referebantur. Postea vero ex edicto pretoris alia forma faciendorum testamentorum introducta est. Iure enim honorario nulla emancipatio desiderabatur, sed vii. signa testium sufficiebant, cum iure civili signa testium non erant necessaria. Sed cum paulatim tam ex usu hominum quam ex constitutionum emendationibus cepit in unam consonantiam ius civile et pretorium iungi, constitutum est ut uno eodem tempore, quod ius civile quodammodo exigebat, vii. testibus adhibitis et subscriptione testium, quod ex constitutionibus inventum est, et ex edicto pretoris signacula testamentis imponerentur, ut hoc ius tripertitum esse videatur, ut testes quidem et eorum presentia uno contextu testamenti celebrandi gratia a iure civili descendant, subscriptiones autem testatoris et testium ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur, signacula autem et numerus testium

... indistincte scribere potest ... heredis ... ut in autentica ... sponsalitia ... quia vero ...

tebat totam familiam cum omnibus bonis ... familie emptor qui erat loco heredis ... testium ... ad ius civile ...

tenorem. est autem tenor si potest scribere faciat. alias dicet totum testibus et scribetur per aliquem vel aliquos de eis. alias non valet immo falsi pena tabellio tenetur. ut C. e. iubemus in fi.
possunt anulo. scilicet habente caracteres qui signatorius dicitur. si aut alio signo. ut ff. e. ad testium. si signum. et de v. sig. l. signatorium. signare. ex tunc sigillare testamentum. vel et linteum in quo involutum est testamentum. ut ff. e. ad testium. si. fi. unum. hac ratione et cum tribus vel paucioribus vel pluribus potest sigillari testamentum. ar. j. man. si. si qui exequuntur. alii dicunt tamen

tum. vii. vel uno debere signari.
testes. facto. passive hic accipe ut to na sive exceptio. secundum te. alias et accipi active. ut j. de he. qui et dif. s. testi. mulier. in aliis autem sententiis recipit pro quibus in testibus. ut ff. e. qui testamenta. s. mulier. non est, ut C. de fidei. q. l. F. ut extrinior sexus. quod de hermofrodito. si prevalet in masculino. recipitur. ut ff. de sta. ho. quaeritur de re repetundarum s. i.

... ex edicto praetoris. Sed his omnibus ex sacrarum constitutionum observatione propter testamentorum sinceritatem ut nulla fraus adhibeatur hoc additum est ut per manum testatoris vel testium nomen heredis exprimatur et omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant. Possunt autem testes omnes et uno anulo signare testamentum. Quid enim si septem anuli una sculptura fuerint, secundum quod Papiniano visum est? Sed et alieno quoque anulo licet signare. Testes autem adhiberi possunt hi cum quibus testamenti factio est. Sed neque mulier neque impubes neque servus neque mutus neque surdus neque furiosus nec cui bonis interdictum est nec hi quos leges iubent improbos et intestabiles esse possunt in numero testium adhiberi. Sed cum aliquis ex testibus testamenti faciendi quidem tempore liber existimabatur, postea vero servus apparuit, tam divus Adrianus Catonio Vero

quam postea divi Severus et Antoninus rescripserunt subvenire se ex sua liberalitate testamento ut sic habeatur atque si ut oporteret factum esset, cum eo tempore quo testamentum signaretur omnium consensu hic testis liberorum loco fuit nec quisquam esset qui ei status quaestionem moveret. Pater nec non is qui in potestate eius est, item duo fratres qui in eiusdem patris potestate sunt, utrique testes in unum testamentum fieri possunt: quia nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. In testibus autem non debet esse qui in potestate testatoris est. Sed si filius familias de castrensi peculio post missionem faciat testamentum nec pater eius recte testis adhibetur nec is qui in potestate eiusdem patris est. Reprobatum est enim in ea re domesticum testimonium. Sed neque heres scriptus neque is qui in potestate eius est neque pater eius qui habet eum in potestate neque ...

testibus cum in eis consistat tamen vis testamenti. ipsum tamen valet licet pro eo destitiat. ut ff. de test. in duo. Quod si signum fieri est vel in fama ut recognoscere suum sigillum non potest. non admittitur. ut ff. de car. e. l. ca toniani. s. tale. consensu. non errorem professo. ut ff. de sup. l. viii. in fi. et C. de lati. lib. toll. s. sed cum ff. de of. pr. barbarius.

impuberes. quid de eo qui iudicio in pupillari etate. sed alias potest testificari si est in domus. ut ff. de v. sig. non omnem. s. in fine. et de hered. et ma. qui in fi. sed hic non. ex facti mutat ad subam testis. ut hic dicit. mutus qui non loquitur. audire potest. ut j. qui non fa. pos. s. item mutus. furiosus. non sit intervallo. ut ff. e. qui testo. s. nec furiosus. interdictum. vel a lege. ut quod qui commisit in legem maie. ut ff. ad l. iul. ma. l. fi. vel a iudice. ut ff. is qui. in fi. l. ix. intestabiles. ut de crimine famoso dampnatus vel iniuria passus. ut ff. e. is cui. s. fi. et l. cu. l. et ff. de testib. ob carmen. in principio.

pro alieno. aliud si in suo. ut j. pro s. ut ff. de test. l. testis. Sed si filius missionem. aliud si ante. ut ff. e. qui testi. s. pro eum. in ea re. item et in aliis. ut C. de testi. l. si. sed quis est domesticus. et colonis et ascriptitiis vel similes. ut C. de his quia decontitu. l. s. tamen. et simul. et C. de quarta. l. precium. Item uxor in alio et econtra. ut s. de usu. eta. s. item hii. Item sumentes suum capi fieri. ut ff. de pen. respiciendum. s. furta.

Sed neque pater. non ex his tribus modis dicit quis contingere me per potestatem.

adhiberi. quia eorum negotium est, cum et lucrum et dampnum ad eos pertineat. ut ff. qui ap. sig. l. i. § in prima vero eorum qui testamentum. agi. caute ponit agi cum non generalissimum. ut ff. de v. sig. l. lebes (?) in prin. et C. isto. | conturbatum. nam olim heres duobus primis gradibus testatoris potestate erat testis. in eo tamen non ille qui erat loco heredis in potestate erat. et ad eius similitudinem vero heres hodie testis non erit ut sequitur.

constitutione. greca vel dic ut ff. e. qui testamento in prin. et quo iustiniani per approbationem. ut C. de veteri iure enu. l. i. § mixto. prima in eorum potestate. Item tabellionem ut ff. e. domitius. damus. C. de testibus omnibus § solo. hic agitur de minoribus testibus vel inter heredem et alium agentem contra alium convicto non fecit. i. unus legatarius alii et e contra falso hic sumitur. arg. quod socius in causa socii admittatur. ut dic hic speciale ut convictus pro convicto admittatur. et quod in re sua favore testamenti. et etiam totum arg. supra dictum. sed arg. contra C. de testibus. quoniam in fi. sed hic sunt illius l. non refertur ad totum quod erat dictum distingue. tamen an lucrum referat ad eum, ut tunc non admittatur. arg. contra ut ff. qui ap. sic. l. i. § in pupilla.

ribus qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt, quia totum hoc negotium quod agitur testamenti ordinandi gratia creditur hodie inter heredem et testatorem agi. Licet enim totum ius tale conturbatum fuerat et veteres quidem familie emptorem et eos qui per potestatem ei coadunati fuerant a testamentariis testimoniis repellebant, heredi et his qui coniuncti ei per potestatem fuerant concedebant testimonia in testamentis prestare, licet hii qui id permittebant hoc iure minime abuti debere eos suadebant: attamen nos eandem observationem corrigentes et quod ab illis suasum est in legis necessitatem transferentes ad imitationem pristini familie emptoris merito nec heredi, qui imaginem vetustissimi familie emptoris optinet, nec aliis personis que ei ut dictum est coniuncte sunt, licentiam concedimus sibi quodammodo testimonia prestare. Ideoque nec huiusmodi veterem constitutionem nostro codici inseri permisimus. Legatariis autem quia non iuris successores sunt et aliis personis eis coniunctis testimonium non denegamus, immo in quadam nostra constitutione et hoc specialiter concessimus, et multo magis his qui in eorum potestate sunt vel qui eos habent in potestate huiusmodi licentiam damus. Nihil autem interest utrum testamentum in tabulis an in chartis membranisve vel in alia materia fiat. Sed et unum testamentum pluribus codicibus conficere quis potest secundum optinentem tamen observationem omnibus factis. Quod interdum et necessarium est, ut si quis navigaturus et secum ferre et domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel propter alias innumerabiles causas que humanis necessitatibus imminent. Sed hec quidem de testamentis que in scriptis conficiuntur. Si quis autem voluerit sine scriptis ordinare iure civili testamentum, septem testibus adhibitis et sua voluntate coram eis nuncupata sciat hoc perfectissimum testamentum

Nichil. in cartis. sic C. de te. di. § licet. Sed unum. sic ff. e. unum. modum. scilicet ut pluribus codicibus fiat. imminent. sic in aut. de consan. ut. . . . § lig. sed in aliquo ex his exemplis perlabitur. non. sicut in aut. in aut. de . . . § sed insuper. ff. de fidei. l. quicumque. et de fur. l. . . § si . . . duo . . . ambo sunt principalia. Sed hec. si quis ex testibus, quibus nullus vocatur ut similiter moriatur in bello. ut ff. de . . . mili. . . . militer. Quibus verbis. ut C. e. omnium. quibus duo inter filios. ut C. e. l. hec consultissima. § ex imperfecto. vel si in tempore . . . faciat testamentum miles. ut ff. de test. mili. l. . . . quibus . . . vel . . . ut parentes. ut C. e. si . . . ut in testamento . . . ut C. e. l. . . § si autem. quibus vii. ut generaliter ut hic. et C. e. hec consultissima. quibus viii. ut C. qui testamentum facere possunt. hac consultissima. adhibitis. et rogatis. et ut sint uterque ut ff. e. heredes § . . . et in aut. de testibus § . . . et utero in fi. § coram. scilicet appellando nominando heredes. ut ff. e. heredes. nuncupata. unde dicitur nuncupativum testamentum.

heredi qui erat ex potestate nisi duobus gradibus testatori. abuti. C. de caducis tol. § et primo. ff. si famil. fur. fe. d. l. f. Legatariis. discrepant hic interveniente a fideicommissariis. ut . . . de fide. § hec § petere. sed hodie non. ut ff. man. si hereditatem.

[illegible]

[illegible]

Militis. est autem miles qui iuravit [illegible] ... [illegible]

... iure civili firmumque consti-

tutum. **De testamento militari.**

Supradicta diligens observatio
in ordinandis testamentis
militibus propter nimiam impe-
ritiam constitutionibus principa-
libus remissa est. Nam quamvis
hi neque legitimum numerum testium
adhibuerint neque ali-
am testamentorum sollemnita-
tem observaverint, recte
nihilominus testantur, videlicet
cum in expeditionibus occupa-
ti sunt, quod merito nostra constitutio
induxit. Quoquo enim modo volu-
ntas eius suprema sive scripta
inveniatur sive sine scriptura,
valet testamentum ex volun-
tate eius. Illis autem tempori-
bus per que citra expeditio-
num necessitatem in aliis
locis vel in suis edibus de-
gunt, minime ad vendi-
candum tale privilegium ad-
iuvantur. Sed testari quidem
et si filii familias sunt, propter milici-
am conceduntur, iure tamen
communi eadem observatione et in
eorum testamentis adhibenda
quam et in testamentis paga-
norum proxime exposuimus.

Plane de militum testamentis
divus Traianus Statilio Se-
vero ita rescripsit: Id privile-
gium quod militantibus datum est ut
quoquo modo facta ab his testa-
menta rata sint, sic intelligi de-
bet ut utique prius constare de-
beat testamentum factum esse,
quod et sine scriptura a non mi-
litantibus quoque fieri potest. Si
ergo miles de cuius bonis apud
te queritur convocatis
ad hoc hominibus ut volun-
tatem suam testaretur
ita locutus est ut declararet
quem vellet sibi esse heredem et
cui libertatem tribueret, pot-
est videri sine scripto hoc modo esse
testatus et voluntas eius
rata habenda. Ceterum si ut
plerumque sermonibus fieri sole-
t, dixit alicui: Ego te here-
dem facio, aut tibi bona
mea relinquo, non oportet
hoc pro testamento observari.
Nec ullorum magis interest quam
ipsorum quibus id privilegium datum
est eiusmodi exemplum non
admitti: alioquin non diffi-

[illegible]

[gloss illegible]

castrensi, post mortem alicuius militis testes existerent, qui adfirmarent se audisse dicentem aliquem relinquere se bona cui visum sit, et per hoc iudicia vera subvertentur.

Quin immo et mutus et surdus miles testamentum facere potest.

Sed hactenus hoc illis a principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militant et in castris degunt. Post missionem vero veterani vel extra castra si faciant adhuc militantes testamentum, communi omnium civium Romanorum iure facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum non communi iure, sed quomodo voluerint, post missionem intra annum tantum valebit. Quid igitur si intra annum decesserit, condicio autem heredi adscripta post annum extiterit? An quasi militis testamentum valeat? Et placet valere.

Sed et si quis ante militiam non iure fecit testamentum et miles factus et in expeditione degens resignavit illud et quaedam adiecit sive detraxit, vel alias manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est valere testamentum quasi ex nova militis voluntate.

Denique et si in adrogationem datus fuerit miles vel filius familias emancipatus est, testamentum eius quasi militis ex nova voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

Sciendum tamen est quod ad exemplum castrensis peculii tam anteriores leges quam principales constitutiones quibusdam quasi castrensia dederunt peculia, et quorum quibusdam permissum erat et in potestate degentibus testari. Quod nostra constitutio extendens latius permisit omnibus in his tantum peculiis testari, sed iure quidem communi: cuius constitutionis tenore perspecto licentia est nihil eorum quae ad praefatum ius pertinent ignorare.

Quibus non est permissum facere testamentum.

[gloss illegible]

xx

Non tamen. videbatur quilibet suam tamen supradicta posse testari. set quod est in iure tantum hiis qui in h. ti. p. pre dixit. et hii dicit. non tamen etc. et eos numerabimus. s. e. ... statim. i. in primis vel statim. i. eo ipso quod sunt in aliqua potestate. permiserint. set tamen mortis causa donare filius potest patre consentiente. ut ff. de do. c. mor. tam ... et redditur ratio diversitatis quia testamentum ex suo non alieno arbitrio debet procedere. ut ff. de lib. hered. inst. l. illa. ac.

nichilo magis. i. non eo magis. hoc. ut. in se nega tivam sic inchoavimus affirmativam. ac.

huius antiquo. ut. s. p. q. p. uo. ad. y. i. peculia. ad venticia et profecticia. nam castrensia ut qui et iure veteri non adquirebantur patri. ut ff. de coll. bo. l. i. y. nec castren. nostris. et aliene et nostris sunt. ut c. de bo. mat. et c. de bo. q. li. p. totum. ac. y. pre. decesserit. id est de suo testamento. set fidei. c. in codicill. sic testatum vz. secundum ultimo voluntas. ut ff. de l. iii. l. y. ac. preterea impuberes. set ex quo maxime de ultimo die compleverit vel duodecimum annum in femina satis est favore testium. ut ff. e. l. qua etate. sed in usuc. ut ff. de usuc. l. in usucapione. secus in prescriptionibus odiosis. ut ff. de ac. tob. in omnibus. set secus ubi est favor eius qui vult prorogare ut in contractibus a minore. ut ff. de mi. l. iii. in. s. minorem. ac.

Non tamen omnibus licet facere
testamentum. Statim enim hi qui
alieno iuri subiecti sunt testa-
menti faciendi ius non habent.
adeo quidem ut quamvis parentes
eis permiserint. nichilo magis
iure testari possint. exceptis
hiis quos antea enumeravimus.
et precipue militibus qui in
potestate parentum sunt. quibus
de eo quod in castris adquisie-
rint. permissum est ex constitu-
tionibus principum testamentum
facere. Quod quidem initio tan-
tum militantibus datum est tam
ex auctoritate divi Augusti quam
Nerve. nec non optimi imperatoris
Traiani. postea vero ex subscriptione
divi Adriani et dimissis a
militia. id est veteranis concessum
est. Itaque siquidem fe-
cerint de castrensi peculio tes-
tamentum. pertinebit hoc ad eum
quem heredem reliquerint.
Si vero intestati decesserint.
nullis liberis vel fratribus superstiti-
bus ad parentes eorum iure com-
muni pertinebit. Ex hoc intellegere
possumus quod in castris adqui-
sierit miles qui in potestate
patris est. neque ipsum patrem adi-
mere posse. neque patris creditores
id vendere vel aliter inquie-
tare. neque patre mortuo cum
fratribus commune esse. sed scilicet pro-
prium eius esse id quod in castris
adquisierit. quamquam iure
civili omnium qui in potestate
parentum sunt. peculia perinde
in bonis parentum computantur.
acsi servorum peculia in dominorum
bonis numerantur. exceptis
videlicet hiis que ex sacris constitutionibus
et precipue nostris propter diversas
causas non adquiruntur. Preter
hos igitur qui castrense peculium
vel quasi castrense habent. Si
quis alius filiusfamilias testamentum
fecerit. inutile est. licet sue
potestatis factus decesserit.
Preterea testamentum facere non
possunt impuberes. quia nullum
eorum animi iudicium est. Item
furiosi. quia mente carent.
Nec ad rem pertinet si impubes
postea pubes aut furiosus postea
compos mentis factus fuerit et
decesserit. Furiosi
autem si per id tempus fecerint
testamentum quo furor

huius castrense ut qui castrense peculium habentibus ut s. ti. i. constitutionibus exauctoratis

Nerve. quia Adrianus non fuit. Sicut quorum verba in hec verba. veteranis filiis de quibus hic loquitur.

Itaque ad parentes. nam liberi defuncti militis et fratres patrem excludebant. ut c. communia de suc. l. si. hodie soli liberi. ut in aut. de hered. que ab int. y. et si quis defunctus coll. ix. communi. et non hereditario. ut ff. de castren. pe. l. ii. hodie iure et hereditario. ut in aut. de hered. ab i. y. si quis defunctus coll. ix.

iudicium. i. discretio. ut ff. de iud. cum prout. non aut quiuis proximo ut tei iudicare standum est. ut c. de te. ind. l. i. quis

per instantia tale tormenti. ut c. de iud. ... per totum ... pact. ut in di ... ut. i. de off. iud. y. si. ... tam.

furiosi. hoc eadem ratione. id est in mente capto dicitur. ut ff. de v. o. a. tuto. in fi. ti.

testari ut C. e. furiosum ac neque ut usucapionem inchoatam ut ff. de usuc. [illegible] ... Item prodigus. prodigus est qui nec modum nec finem habet in expensis ut ff. de [illegible] l. i.

Caecus utroque lumine. aliud si in uno tantum ut C. de [illegible] ... per observantiam ... Ab hostes ... Non valet ... postliminium ... eadem lege Cornelia ... [illegible]

Interdicta est ... Ratum est ... [illegible]

cuius interitus est, iure tes-
tati esse videntur. certe eo quod
ante furorem fecit testamen-
to valente: nam neque testa-
menta recte facta neque aliud ullum
negotium recte gestum postea
furor interveniens perimit.
Item prodigus, cui bonorum suorum
administratio interdicta est,
testamentum facere non potest: sed id quod
ante fecit quam interdictio bonorum
suorum ei fiat, ratum est.
Item mutus et surdus non
semper testamentum facere
possunt. utique autem de eo surdo
loquimur qui omnino non au-
dit, non qui tarde exau-
dit. nam et mutus is intellegitur
qui eloqui nihil potest, non qui
tarde loquitur. Saepe etiam litera-
ti et eruditi homines va-
riis casibus et audiendi et
loquendi facultatem amit-
tunt. unde nostra constitutio etiam his
subvenit, ut certis casibus
et modis secundum normam eius
possint testari aliaque quae eis
facere permissa sunt.
Sed si quis post testamentum fac-
tum adversa valetudine
aut quolibet alio casu mutus
esse coeperit et surdus, ratum nihilominus ta-
men eius permanet testamentum.
Caecus autem non potest facere
testamentum nisi per observationem quam
lex divi Iustini patris mei in-
troduxit. Eius qui apud
hostes est testamentum quod ibi fecit
non valet, quamvis redierit: sed valet
iure postliminii, sive illic
decesserit, valet ex lege Cor-
nelia.

De exheredatione liberorum

Non tamen ut omnino valeat
testamentum sufficit haec observatio quam
supra exposuimus. sed qui filium
in potestate habet, curare debet ut
eum heredem instituat vel
exheredem eum nominatim fa-
ciat. alioquin si eum silentio
praeterierit, inutiliter testabi-
tur: adeo quidem ut etsi vivo
patre filius mortuus
sit, nemo heres ex illo testamento
existere possit, quia scilicet ab initio
non constiterit testamentum. sed non ita
et de filiabus vel aliis per
virilem sexum descenden-
tibus liberis utriusque sexus fuerat
antiquitati observatum. sed
si non fuerant heredes scripti

Item servus ... Item impubes ... Item furiosus ... Item intercaptus ... Item prodigus ... Item mutus ... Item surdus ... Item caecus ... Item damnatus ad mortem ... Item obses ... Item monachus ... Non tamen ...

[illegible]

Item mutus semper ... [illegible]

[illegible]

Item non possunt testari: furiosus, mutus, impubes, prodigus, intercaptus, [illegible], surdus, caecus, damnatus ad mortem, [illegible], obses, [illegible], monachus [illegible]

[illegible]

[illegible gloss]

scripte ve. vel exheredati exhe-
date ve. testamentum quidem non
infirmabatur. Ius autem ac-
crescendi eis ad certam portio-
nem prestabatur. Sed nec
nominatim eas personas exhe-
redare parentibus necesse erat.
sed licebat inter ceteros hoc facere.
Nominatim autem exhereda-
ri tunc quis videtur. sive ita
exheredetur. Titius filius meus
exheres esto. sive ita filius meus
exheres esto. non adiecto proprio
nomine. scilicet si alius filius non
extet. Posthumi quoque
liberi vel heredes institui de-
bent. vel exheredari. et in eo
par omnium condicio est. quod et in fi-
lio posthumo preterito. et in
quolibet ex ceteris liberis. sive
feminini sexus sive mas-
culini preterito. valet quidem
testamentum. sed postea agnatione
posthumi sive posthume rum-
pitur. et ea ratione totum infir-
matur. Ideoque si mulier ex qua
posthumus vel posthuma sperabatur
abortum fecerit. nichil
impedimento est scriptis here-
dibus ad hereditatem adeun-
dam. Sed feminini quidem
sexus persone. vel nominatim vel
inter ceteros exheredari solebant.
dum tamen si inter ceteros exhe-
redentur. aliquid eis legetur.
ne videantur per oblivionem
preterite esse. Masculos post-
humos. filios et deinceps pla-
cuit. non recte aliter exhe-
dari. nisi nominatim exheredentur.
hoc scilicet modo. quicumque michi filius ge-
nitus fuerit. exheres esto. Post-
humorum autem loco sunt et hii
qui in sui heredis locum succe-
dendo quasi agnascendo fiunt
parentibus sui heredes. ut ecce
si quis filium et ex eo nepotem
neptemve in potestate habet.
quia filius gradu precedit. is
solus iura sui heredis habet. quam-
vis nepos quoque et neptis ex
eo in eadem potestate sint. Sed
si filius eius vivo eo moria-
tur. aut qualibet ratione
exeat de potestate eius. incipit
nepos neptisve in eius
locum succedere. et eo modo
iura suorum heredum quasi ag-
natione nanciscuntur. Ne
ergo eo modo rumpatur testamentum

[illegible gloss]

sicut ipsum filium vel heredem instituere vel nominatim exheredare debet testator, ita et nepotem vel neptem ex filio necesse est ei vel exheredare vel heredem instituere, ne forte vivo eo filio mortuo succedendo in locum eius nepos neptisve quasi agnatione rumpat testamentum. Idque lege Iunia Velleia provisum est, in qua simul exheredationis modus ad similitudinem postumorum demonstratur. Emancipatos liberos iure civili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes. Sed pretor omnes tam feminini sexus quam masculini, si heredes non instituantur, exheredari iubet, virilis sexus nominatim, feminini vero et inter ceteros. Quod si neque heredes instituti fuerint neque ita ut diximus exheredati, promittit eis pretor contra tabulas testamenti possessionem bonorum. Adoptivi liberi, quamdiu sunt in potestate patris adoptivi,

eiusdem iuris habentur cuius sunt iustis nuptiis quesiti. Itaque heredes instituendi vel exheredandi sunt, secundum ea que de naturalibus exposuimus. Emancipati vero a patre adoptivo neque iure civili neque quod ad edictum pretoris attinet inter liberos numerantur. Qua ratione accidit ut ex diverso quod ad naturalem parentem attinet, quamdiu quidem sint in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur, ut eos neque heredes instituere neque exheredare necesse sit. Cum vero emancipati fuerint a patre adoptivo, tunc incipiunt in ea causa esse in qua futuri essent, si ab ipso naturali patre emancipati fuissent.

Sed hec quidem vetustas introducebat. Nostra vero constitutio inter masculos et feminas in hoc iure nihil interesse existimans, quia utraque persona in hominum procreatione similiter nature officio fungitur, et lege antiqua duodecim tabularum omnes similiter ad successiones ab intestato vocabantur, quod et pretores postea secuti esse videntur

Sed nostra simpliciter ac similiter in filiis et in filiabus et in ceteris descendentibus per virilem sexum personis non solum natis sed etiam postumis introduxit, ut omnes sive sui sive emancipati sunt, aut heredes instituantur aut nominatim exheredentur, et eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda et hereditatem auferendam, quem filii sui vel emancipati habent, sive iam nati sunt sive adhuc in utero constituti postea nati sunt. Circa adoptivos autem filios certam induximus divisionem, quae constitutione nostra quam super adoptivis tulimus continetur. Sed si in expeditione occupatus miles testamentum faciat et liberos suos iam natos vel postumos nominatim non exheredaverit, sed silentio praeterierit non ignorans an habeat liberos, silentium eius pro exheredatione nominatim facta valere constitutionibus principum cautum est. Mater vel avus maternus necesse non habent liberos suos heredes instituere aut exheredare, sed possunt eos omittere. nam silentium matris aut avi materni ceterorumque per matrem ascendentium tantum facit quantum exheredatio patris. nec enim matri filium filiamve neque avo materno nepotem neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, sive de iure civili quaeramus, sive de edicto praetoris, quo praeteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit. Sed aliud eis adminiculum servatur, quod paulo post vobis manifestum fiet.

De heredibus instituendis.

Heredes instituere permissum est tam liberos homines quam servos, et tam proprios quam alienos. Proprios autem olim quidem secundum plurium sententias non aliter quam cum libertate recte instituere licebat. hodie vero etiam sine libertate ex nostra constitutione heredes eos instituere permissum est. Quod non per innovationem introduximus.

[illegible]

sed quia non consequitur erat et at-
tillicino placuisse paulus
suis libris quos tam ad massu-
rium sabinum quam ad plauci-
um scripsit refert. Proprius
autem servus et intelligitur in quo
nudam proprietatem habet testa-
tor alio usumfructum habente. Est
autem casus in quo nec cum lib-
ertate utiliter servus a domina heres
instituitur ut constitutione divorum
severi et antonini cavetur.
cuius verba sunt hec. Servum
adulterio maculatum non
iure testamento manumissum
ante sententiam ab ea muliere vide-
ri que rea fuerat eiusdem
criminis postulata rationis est.
quare sequitur ut in eundem
a domina collata institutio hedi-
tatis nullius momenti
habeatur. Alienus servus et
is intelligitur in quo usumfructum
testator habet. Servus autem
a domino suo heres institutus
siquidem in eadem causa man-
serit fit ex testamento liber
heresque necessarius. Si vero a
vivo testatore manumissus
fuerit suo arbitrio adire

hereditatem potest quia non fit
heres necessarius cum utrumque
ex domini testamento non consequitur.
Quod si alienatus fuerit iussu no-
vi domini adire hereditatem debet et
ea ratione per eum dominus fit he-
res. nam ipse alienatus nec lib-
er nec heres esse potest et si cum lib-
ertate heres institutus fuerit. desti-
tisse enim a libertatis datione
videtur dominus qui eum aliena-
vit. Alienus quoque servus
heres institutus si in eadem cau-
sa duraverit iussu eius domini ad-
ire hereditatem debet. Si vero
alienatus ab eo fuerit aut
vivo testatore aut post
mortem eius antequam adeat he-
reditatem iussu novi domini
adire debet. At si manumissus
est vivo testatore vel mor-
tuo testatore antequam adeat
suo arbitrio adire hereditatem
potest. Servus autem alie-
nus post domini mortem rec-
te heres instituitur quia et cum
hereditariis servis est testamen-
ti factio. Nondum enim adi-
ta hereditas personae vicem
sustinet non heredis futuri.

[illegible]

Recte. cum p[er] nato sit sinus quantum ad commodum ut ff. de sta. ho. l. qui in utero. et ex eum ac | Sunt et hec. si uo ab extraneo ex dnis adquiritur. certe totalis hedi[tas] e. cum ac. | Et vnum instituentis. quid si istructo tali ex dic ut ff. p soc. vin. si tuo si. Et vnum infinitus. quid si istatuo omnes homines quicumque sunt in mundo videtur iustum esse cum essent hre non possit. puto tamen valere ut. si tamen non potest consistere condicione ps minui am facilitatem difficultatem vel impossibilitatem. velit. cum suam uoli tas sit lex ut in aut. de nup. s. disponat coll. iiii. | Hereditas plerumque. sed dicta tas sit lex ut in aut. de nup. quia in plures ut. i. e. s. quia in partiones dividitur ut. e. s. si tamen plerumque quia in plures. ut. j. e. s. quia in parciones dividitur. appellatione. i. significatione. hee. i. in quantitate et alias singule sunt collecte. in potestate differentes. vel dic hee partes. s. uncie. tam vel ad partes redacte esse ad superiora referenda zelo | Sextans. i. uncia et dimidia. ut ff. de inof. t. pap. ex in quarta. | Sed que non posuit nomen quod uncia significaret. Ex. quod plura sunt negotia quam vocabula. ut ff. de p. uer. nam natura. Tertius. ut quod primum et secundum nomen interpretationem sumit ex eo quod quotam designat hedi tatis portionem. Sextans. dicitur quia sextam unciam et est tertia eius sca. s. non ex sextans. quia sextam partem signat. i. duas uncias. quadrans. quia iiii. et ita tres uncias significat. triens. est tertiam partem et tractat iiii. uncias signat signat sequentia uero nomina ethimologiam habent ex eo quod certum numerum unciarum signat. Sed tamen dicuntur uel quia quantam partem habet quia quanta tenorat uncias. semis. quasi. vi. et sic de singulis per ordinem. sed uo. quia non omnis uncie significatur per ista ita nomina continentur in asse licet hic minimi indicantur. Sic. continet as. legem uncias et dimidiam. et iohis ponit partes quia alias ps. posset in asse continere hac ratione. et homo dicitur tribus. et acte. l. acquis. penat. de. ut. ad. l. aquil. s. huius ubi. sed conio. ea nomina. as. ponit dus libra idem significat. sed as ponitur pro bolo. vii illud. nomine duo passes asse ueneunt. vii. vel. as totus pondus as est possessio tota. i. hereditas ut hic. s. et pondus de large. s. omne quod in ista tera positum pendeat. si strecte accipit pro pondere xii. unciarum. vnde dispondium quasi duplex pondium. s. xxiiii. uncias. ut. j. e. s. si plures. et facit ad hunc s. ff. e. tum. s. si. Sextans. due uncie. quadrans. iii. uncie. triens. iiii. uncie. quincunx. v. uncie. semis. vi. uncie. septunx. vii. uncie. bes. viii. uncie. dodrans. ix. dextans. x. deunx. xi. as. xii.

Non autem totus. nam in totum plures institutus se decimetus cum alium non instituit ut. s. ff. e. l. interdum. s. i. sed quod plurimum in milite ut. c. de test. mili. l. iii. h. quod nisi quod sequitur. non ad tertiam pars referetur. si sed quod sequitur referetur. si si fecit testamentum in castrensibus potest decedere intestatus in paganicis. ut c. de test. mili. l. ii. | decedere. immo videtur quod sic ut ff. de inof. t. l. nam et si parentibus. s. si quis est. h. sed si nemo est ab intestato se ex post facto potest. ut c. de inof. t. l. cum duobus et uo. h. non esse idem in parte quo ad partem quod intestato quo ad totum ut ff. familie. in h. uerbo. ar. h. ff. de pac. l. uni gente s. adeo. et s. et facit ad hunc s. ff. de reg. iur. l. in testamentis. miles. nam miles bifor potest pro parte testatus decedere pro parte intestatus. ut c. de te. mili. l. ii. | voluntas. si uo. uir est in nunc ut. c. de test. mili. l. ut. ex contrario quantascumque. i. in quantum et facit ff. e. l. interdum. et l. sequentibus usque ad l. ex facto.

Distributio partium. quia partem uelit testator quilibet habere. Si quis. facit ff. e. quod. s. hedes. | Heres sit. eadem in dispondio. ut ff. e. l. Sabinus. et j. e. s. si plures. sed est si unum si testator non ignorat. ut ff. e. l. quo loco. s. i. quod est. de. io. | alium. quia in ea nullus sunt instituentes. dimidiam. alterum si asse expleto scripsit ex re. quod parte heres esto. tunc. n. cum tali reheatum fit ex nulla parte heres institutus esse ut ff. e. l. item. s. Sabinus. et s. si asse. | vocantur. s. illi qui erant instituti in tota hereditate partibus expressis. omnes. qui erant instituti sine partibus. | nec interest. si referetur non ad primum sed ad superiorem casum. s. quod ps uideri. sed tamen et in secundo. si non habet locum tamen quod redditur ea. ut re. vel dic quod ad primum et secundum cum sit institutus sine parte. ps uideri. et facit ad h. ff. e. l. quo loco. i. iiii.

s. defuncti. cum et eius qui in utero est sunt recte heres institutus. Sunt plurium cum quibus testamenti factio est ab extraneo institutus heres. unicuique dominorum cuius iussu adierit pro portione dominii adquirit hereditatem. Et unum hominem et plures in infinitum quot quis velit heredes facere licet. Hereditas plerumque dividitur in xii. uncias que assis appellatione continentur. habent autem hee partes propria nomina ab uncia usque ad assem. ut puta hec. sextans. sextans. quadrans. triens. quincunx. semis. septunx. bes. dodrans. dextans. deunx. as. Non autem utique xii. uncias esse oportet. nam tot assem uncie efficiunt quot testator voluerit. et si unum tantum quis ex semisse verbi gratia heredem scripserit totus as in semisse erit. neque enim idem ex parte testatus et ex parte intestatus decedere potest. nisi sit miles. cuius sola voluntas in testando spectatur. et e contrario potest quis in quantascumque voluerit uncias plurimas suam hereditatem dividere. Sed si plures heredes instituantur ita demum in his certa partium distributio necessaria est. si nolit testator eos ex equis partibus heredes esse. Partibus autem in quorundam personis expressis. si quis alius sine parte nominatus sit. siquidem aliqua pars assis deerit. ex ea parte heres sit. Et si plures sine parte scripti sunt. omnes in eandem partem concurrent. Si vero totus as completus sit. in partem dimidiam vocatur. Et ille vel illi omnes in alteram dimidiam. nec interest primus an medius an novissimus heres sine parte scriptus sit. ea enim pars intellegitur data que vacat. Videamus si pars aliqua vacet. nec tamen quisquam sine parte heres institutus sit. quid iuris sit. veluti si tres ex quadrantibus partibus heredes scripti sunt. et constat vacantem partem singulis tacite pro hereditaria parte accedere. et perinde haberi ac si ex tertiis partibus heredes scripti

b. Satis enim constat nullis partibus nominatis ex equis partibus heredes esse.

Scriptus. eadem est in dispondio ut ff. e. l. Sabinus. et j. e. s. si plures. sed ibi uim h. testator non ignorat assem impletum. ut ff. e. l. quo loco. s. i. quod. de. io. ar. | vacantem. ff. e. l. interdum. s. partem. usque in si. l.

Dupondio dicitur autem dupondium pondus siue hereditas in xxiiii uncias diuisa. secundum ea que in xii diuiditur, et tripondium quod in xxxvi, et quadrupondium quod in xlviii, et sic de singulis. Idem quod diximus si cuius expleto asse sine institutus heres in dimidiam partem uocatur; si non expleto, in uacantem partem uocatur, ut supra e. § proxima. autem in concurrentem in uacantem usque ad dupondium, ut supra primo § idem et tercio § et tripondium sic expletum ... Item quod sub ... id est expleto dupondio, institutum non habet uacantem partem usque ad tripondium ... tunc ... dicitur quod sic si ... littera illa ... et concordat. Item uidetur ... e. l. ex uncia sex ... illa est contrarietas si recte ... comprehendens ... et magis uidetur ... non si institutum ad dupondium uel tripondium ... in primo ... distingue autem non ... dupondium ... potest ut supra e. ... non autem ... hec lex ... Item tamen ...

Dimidiam pendium si sit potestatiua si et ... uel mixta ut si nauis uenerit ... e. l. ... puto ... si autem casualis tunc sufficiat prima existere ut ff. de condic. insti. ... si plures institutiones ac. separatim id est sub disiunctiua quod idem est in legato ... ex hoc in institutione dicitur si in diuisis partibus ... nouissime de ... obtemperari sufficit ... si in libertate directa ... obtemperari sufficit ut ff. de condic. et de ... fidei ... et l. ... ad hunc ... ff. de v. o. l. si ita quis stipulatus fuerit. Hi fratris uel ... suos uel ... alium ut c. e. l. ... peregrinos puta qui uisitauerunt limina sancti petri uel iacobi uel non esse peregrinos ... tunc ... institui non potest ut c. e. l. ... hunc ... ff. e. l. ... in condicione ... Item sunt alii qui non possunt institui heredes uel hoc commodum ex testamento est non ... mortis.

De uulgari substitutione. dictum est supra de institutionibus ... plures ut supra ... nunc de substitutionibus ... substitutiones ... in primo gradu uel alio ... ut ... et ... uulgaris magis est communis et a quolibet fieri potest ideo de ea premittit.

Non autem in testamento in alia uoluntate ... in testamento ut in codicillis uel in aliqua alia non sit ... substitutio non fit ut directe ualeat sicut nec institutio fieri potest ut ... de codicillis ... et de codicillis hereditatem sic ... in codicillis ... credit codicillorum ... codicillos ... ut ... fidei ... substitutio codicillis admittitur ut ff. ad trebell. l. ... xx. si testator putauit se facere testamentum et fecit codicillos non destinat ... tamen posset ... facere ... non ualet ... testamentum ... codicillorum nam tunc substitutio in hiis ... directo in fideicommisso admittitur ut ff. de ... codi. l. i. et facit ff. e. l. potest.

Gradus ad similitudinem ... gradum ... qui faciunt scalas sic ... gradus consanguinitatis ut ff. de ... gradus. In quantum id est in quot ... testator uoluit. Substituere si potest.

... ex uncia dupondium quod potest ut supra e. ... non autem ... et tamen ... lex. Item tamen ... habent locum ... alia dicit hanc ... Reuocantur hereditas ... in plures diuiditur uncias sicut ... uel ... alium ... in quotam partem ... dupondio totam ... de asse ut ... e. l. ex uncia heres esto ... in diem ... potest institui heres puta cum ipse ... accipere ex testamento uel cum ipse moriatur ... ut ff. e. l. in tempus et l. qui filio ... ff. de lib. et post. l. filium a patre ... e. l. ... Miles autem potest ... ex certo tempore et ... ut ff. de t. mil. l. miles et facit ad hunc ff. e. l. heredes ... cum ... ff. de ... uel non ... de ... conditionis ... ut magis ualeat ... ut ff. de re. dub. l. quotiens. Impossibilis ... condicio impossibilis de natura ut si celum digito tetigerit heres esto ut ... de iure ... si impossibilis de iure ut si patrem ab hostibus non redimeris uel ... nam ... facere non posse ... ut ff. de condic. insti. l. ... et ... in hiis duabus ... montem aureum dederis heres esto ... non ... institutio ... libertas cum ... de statu li. cum heres ... Item est quidam impossibilitas quoad ... perplexitatem ut ff. de condic. insti. ... ubi Item facit ff. de v. o. l. si mihi ... Pro non ... cur ... in contractibus ut ... ut ... de ... si in ... ff. de ac. et ob. non solum ... fauore ultime uoluntatis.

... Et ex diuerso si plures in portionibus sunt, tacite singulis decrescere constat, ut si uerbi gratia quattuor ex tertiis partibus heredes scripti sunt, perinde habeantur ac si unusquisque ex quarta parte heres scriptus fuisset. Et si plures unciae quam xii distributae sunt, is qui sine parte heres institutus est quod dupondio deest habebit. Idemque erit si dupondius expletus sit. Quae omnes partes ad assem postea reuocantur, quamuis sint plurium unciarum. Heres et pure et sub condicione institui potest; ex certo tempore aut ad certum tempus non potest, ueluti post quinquennium quam moriar, uel ex kalendis illis, uel usque ad kalendas illas heres esto. Diemque adiectum pro superuacuo haberi placet, et perinde esse ac si pure heres institutus esset. Impossibilis condicio in institutionibus et in legatis nec non fideicommissis et libertatibus pro non scripto habetur. Si plures condiciones institutioni adscriptae sunt, si quidem coniunctim, ut puta si illud et illud factum fuerit, omnibus parendum est. Si separatim, uelut si illud aut illud factum fuerit, cuilibet condicioni obtemperare satis est. Hii quos testator numquam uidit heredes institui possunt, ueluti si fratris filios peregre natos ignorans qui essent heredes instituerit: ignorantia enim testatoris inutilem institutionem non facit.

De uulgari substitutione

Potest autem quis in testamento suo plures gradus heredum facere, ut puta si ille heres non erit, ille heres esto; et deinceps in quantum uelit testator substituere potest, et nouissimo loco in subsidium uel seruum necessarium heredem instituere. Et plures in unius locum substitui possunt, uel unus in locum plurium, uel singuli in singulis, uel inuicem ipsi qui heredes instituti sunt. Et si ex disparibus partibus heredes scriptos inuicem substituerit, et nullam mentionem in substitutione fecerit partium, eas uidetur partes in substitutione ...

Nouissimo id est ultimo sic ff. de suspec. tu. l. nouissime ... in quo id est in ultimo ... non ... ipse ... heres esse compellitur ut ... de hered. ... et ... alium qui esse ...

Substitutus non admittitur ut c. e. l. ... impuberibus et aliis substitutis. Inuicem sic ... substituuntur. Et si ex disparibus puta unum in vi uncias alium in quattuor alium in duas substituit ... ponas nam si non adeat institutus in vi uncias accrescunt iiii huic iiii et duae huic duas ut hic ff. e. l. in testamento et l. si plures ... c. e. l. i. ac.

... de impossibilibus ... de iure ... si impossibilis ... in primis duabus ... de legatis ... si ... est hic contra.

nec ... pro ... comedo ...

... de ... substitutione

[illegible]

tutorem dedisse cum in institutione exprimat. et ita divus Pius rescripsit. Sed si instituto herede et coherede suo substituto dato alium substituerit: divi Severus et Antoninus sine distinctione rescripserunt ad utramque partem substitutum admitti. Si servum alienum quis patremfamilias arbitratus heredem scripserit et si heres non esset Meviuum ei substituerit: isque servus iussu domini adierit hereditatem: Mevius in partem admittitur. Illa enim verba si heres non erit in eo quidem quem alieno iuri subiectum esse testator scit: sic accipiuntur. si neque ipse heres erit neque alium heredem effecerit. In eo vero quem patremfamilias esse arbitratur illud significant verba. Si hereditatem sibi eive cuius iuri postea subiectus esse cepit non adquisierit. Idque Tiberius Cesar in persona Parthenii servi sui constituit.

De pupillari substitutione.

Liberis suis impuberibus quos in potestate quis habet: non solum ita ut supra diximus substituere potest. id est ut si heredes eius non extiterint alius ei sit heres. Sed eo amplius ut et si heredes ei extiterint et adhuc impuberes mortui fuerint sit eis aliquis heres. veluti si quis dicat hoc modo. Titius filius meus heres michi esto. et si filius meus heres michi non erit: sive heres erit et prius moriatur quam in suam tutelam venerit. id est antequam pubes factus sit: tunc Seius heres esto. Quo casu siquidem non extiterit heres filius: tunc substitutus patri fit heres. Si vero extiterit heres filius et ante pubertatem decesserit: ipsi filio fit heres substitutus. Nam moribus institutum est ut cum filius eius etatis sint in qua ipsi sibi facere testamentum non possunt parentes eis faciant. Qua ratione excitati et constitutionem in nostro posuimus codice qua prospectum est. ut si qui mente captos habeant filios vel nepotes vel pronepotes cuiuscumque sexus vel gradus liceat eis et si puberes sint ad exemplum pupillaris substitutionis certas personas substituere. Si autem resipuerint eandem substitutionem infirmari et h[oc]

[illegible]

pupillarem substitutionem, que postquam pupillus adoleuit infirmatur.

Igitur in pupillari substitutione secundum prefatum modum ordinata duo quodammodo testamenta sunt, alterum patris, alterum filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testamentum duarum causarum, id est duarum hereditatum.

Sin autem quis ita formidolosus est, ut timeret ne filius eius pupillus adhuc ex eo quod palam substitutum accepit post obitum eius periculo insidiarum subiceretur: vulgarem quidem substitutionem palam facere et in primis testamenti partibus debet; illam autem substitutionem, per quam et si heres extiterit pupillus et intra pubertatem decesserit substitutus vocatur, ad hereditatem separatim in inferioribus partibus scribere debet, eamque partem proprio lino propriaque cera consignare, et in priore parte testamenti cauere ne inferiores tabule uiuo filio et adhuc impubere aperiantur.

Illud palam est non ideo minus ualere substitutionem impuberis filii, quod in hisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque instituisset heredem, quamuis hoc pupillo periculosum sit.

Non solum autem heredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, ut et si heredes eis extiterint et ante pubertatem mortui fuerint, sit eis heres quem ipsi voluerint, sed etiam exheredatis. Itaque eo casu si quid pupillo ex hereditatibus legatisue aut donationibus propinquorum atque amicorum adquisitum fuerit, id omne ad substitutum pertineat.

Que diximus de substitutione impuberum liberorum uel heredum institutorum aut exheredatorum, eadem de posthumis intelligimus.

Liberis autem suis testamentum facere non potest nisi et sibi faciat. Nam pupillare testamentum pars et sequela est paterni testamenti, adeo ut si patris testamentum non ualeat

ac ne filii quidem valebit.

Vel singulis autem liberis vel ei qui eorum novissimus impubes morietur substitui potest. Singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit; novissimo, si ius legitimarum hereditatum integrum inter eos custodiri voluerit.

Substituitur autem impuberi aut nominatim, veluti Titius, aut generaliter, ut est quisquis mihi heres erit: quibus verbis vocantur ex substitutione impubere filio mortuo qui ei scripti sunt heredes et extiterunt et pro qua parte heredes facti sunt.

Masculo igitur usque ad quattuordecim annos substitui potest, feminae usque ad .xii. annos: et si hoc tempus excesserit, substitutio evanescit.

Extraneo vero vel filio puberi heredi instituto ita substituere nemo potest, ut si heres ei extiterit et intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit heres: sed hoc solum permissum est, ut eum per fideicommissum testator obliget alii hereditatem eius vel totam vel pro parte restituere: quod ius quale sit, suo loco trademus.

Quibus modis testamenta infirmantur.

Testamentum iure factum usque adeo valet, donec rumpatur irritumve fiat.

Rumpitur autem testamentum, cum in eodem statu manente testatore ipsius testamenti ius vitiatur. Si quis enim post testamentum factum adoptaverit filium per imperatorem eum qui sui iuris est, aut per praetorem secundum nostram constitutionem eum qui in potestate parentis fuerit, testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis.

Posteriore quoque testamento quod iure perfectum est superius rumpitur. Nec interest an extiterit aliquis heres ex eo, an non extiterit: hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potuerit. Ideoque si quis aut noluerit heres esse, aut vivo testatore aut post mortem eius antequam hereditatem adiret decesserit, aut condicione sub qua heres institutus est defectus est, in his casibus intestatus paterfamilias...

potest. non autem per sententiam aperiri ex eo uel ex ... ut C. de don. int. uir. et uxo. l. ex ui. et similiter potest notari in l. pen. eiusdem tituli. Certis rebus. quia totum habet licet sit ex certa re institutus et ideo non rumpit testamentum. ut hic. et ff. de hered. instit. l. i. §. ex certo. Iussimus. hic ut statim ac. Cum ad. i. quod expressum est in constitutione quod primum in secundo. et alia uerba in sequentibus. scriptus in secundo testamento. Suppleta. si sibi relicta non sufficiant. Constitutione expressum. nam testator noluit primum remanere et tunc non potest ... ex tacita quoque uoluntate que ex testamento secundo perpetuo remanet primum. ut si dictum in secundo ... instituo talem quia mortuus est quem institueram primo. Nam si euiuat remanet primus heres. et legata ex utroque prestantur. ut ff. de hered. insti. l. si. sublatum esse.

morte. Nam et posterius testamentum
quod iure perfectum est superius
rumpit. Nec interest an extiterit aliquis heres ex eo an non extiterit.
... Sed et si quis priore
testamento iure perfecto posterius testamentum
eque iure fecerit etiamsi ex certis
rebus in eo heredem instituerit,
superius testamentum sublatum esse divi Severus
et Antoninus rescripserunt. Cuius constitutionis
inseri verba iussimus, cum a-
liud quoque praeterea in ea constitutio-
ne expressum est. Imperatores Se-
verus et Antoninus Augusti
Cocceio Campano salutem.
Testamentum secundo loco factum, licet in
eo certarum rerum heres sit scriptus,
iure valere perinde ac si rerum
mentio facta non esset, sed teneri
heredem scriptum, ut contentus
rebus sibi datis aut suppleta quarta ex lege Falcidia
hereditatem restituat his
qui in priore testamento scripti
fuerant, propter inserta verba secundo
testamento quibus ut valeret
prius testamentum expressum est, du-
bitari non oportet. Et rup-
tum quidem testamentum hoc modo

efficitur. Alio autem modo testamenta
iure facta infirmantur, velu-
ti cum is qui fecit testamentum
capite deminutus sit. Quibus
modis accidit primo libro
rettulimus. Hoc autem casu irrita
testamenta dicuntur fieri. Cum alio-
quin et que rumpuntur ir-
rita fiant, et que statim ab
initio non iure fiunt, irrita; et ea que
iure facta sunt et postea propter ca-
pitis deminutionem irrita
facta sunt, possunt nihilominus rupta dici. Sed quia sane commodius erat sin-
gulas causas singulis appel-
lationibus distingui, ideo quedam non iure facta dicuntur ... et ea quae ...
irrita fiunt. Sed et ea que iure facta
sunt et postea propter capitis demi-
nutionem irrita fiunt, possu-
nt nihilominus rupta dici, quia
sane commodius erat sin-

... Non tamen per omnia inuti-
lia sunt ea testamenta que ab
initio iure facta propter ca-
pitis deminutionem irrita
facta sunt. Nam si septem testi-
um signis signata sunt,
potest scriptus heres secundum tabulas
testamenti bonorum possessionem
agnoscere. Si modo defunctus testator
et civis Romanus et sue potesta-
tis mortis tempore fuerit. Nam
si ideo irritum factum sit testamentum
quia civitatem uel etiam libertatem
testator amisit, aut quia in
adoptionem se dedit et mortis
tempore in adoptivi patris
potestate sit, non potest scriptus
heres secundum tabulas bonorum pos-
sessionem petere. Ex eo autem solo
non potest infirmari testamentum quod postea testator id noluerit valere; usque adeo ut et si quis post factum prius testamentum posterius facere coeperit et aut mortalitate preventus aut quia eum eius rei penituit non perfecerit, divi Pertinacis oratione cautum est ne alias tabulae priores iure factae irritae fiant, nisi sequentes iure ordinatae et perfectae fuerint. Nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.
... singulas causas singulis appellationibus distingui. Ideo quedam non iure facta.

alio diminutus. hoc est minima capitis diminutione. ut j. e. §. non tamen. et ff. de codicill. confirm. inf. §. si post. et j. de test. milit. §. per contrarium sed illud speciale est in milite. potest et alius modus irritandi testamentum addici. quia quibusdam personis in l. cassatur in duobus casibus. ut in aut. ut cum de appell. cog. §. si quis de predictis. et §. si unum de parentibus. Rumpitur. rumpi propter diuerse. per arrogationem. per agnationem. per secundum testamentum factionem. ut s. e. si quis testam. quinto et infra. in principio s. Rettulimus. ut s. de ca. di. ac. talium equis capite minuit. ac. diuersis capite casus. i. diuersas. Alioquin. i. si superedim appellationibus. i. specie nominibus. et ...ff. de suppl. le. l. lato. §. si. Rumpi. s. tribus modis per arrogationem. per agnationem. et per secundum compositionem. Tabulas. i. testamentum. agnoscere. iure pretorio. Rupti. s. tribus modis. Non tamen. potentius. et aliquo in dicto uoluntatem per mam teneat. ut ff. de his que t. lo. pos. ex li. beris §. testamentum. Libertatem. immo et forte suo testatore uoluntate capiatur ab hostibus et ibi suus moriatur. non ... testamentum. ut s. quibus non est per. fa. t. §. si. quod est hunc quoniam sed illud per fictionem legis corneli... ut ibi. ff. de uulg. et ... l. lege corn. ac. Tabulas. non quod de iure ciuili non admittitur cum sit irritum testamentum. sed pretorio quo inspecto non potuit infirmari quia erat factum cum etsi talia inter pretorium non habet minimum. ut j. de bo. pos. §. quos autem.

Ruptum. sicut diximus tribus modis rumpitur primum testamentum. per arrogationem. agnationem. et per secundi testamenti compositionem. ac.

maxime licet non sit perfectum secundum tamen primum ut infra h. §. diximus.

Ex eo solo. ubi dicit solo. quia si plus interueniat. quia rumpitur.

Id noluit. s. dicendo hec verba nolo testamentum quod feci valere. perfecte. immo et quamvis si sint imperfecte se rumpunt priores. ut C. de testis. Sciunt. quod quidem. sed i. po. ut tamen ex cursu decennii quod non ... ratione ... voluntatis si revertitur tota mutatione. ... ff. de test. mili. l. eius militis. § militia missus. si primum erat minus solempne iure communi inspecto non facile potuit rumpi. ... ff. de iniust. r. o. i. u. l. i. secundum hoc si sit perfectum iure civili erat tamen perfectum iure militari non rumpitur primum. ... ff. de test. l. hac consultissima. § si quis autem ... i. in eo sunt instituti qui alias ab intestato successuri erant. non facilius rumpitur primum testamentum in quo extranei sunt instituti ... [illegible]

Quia plerumque liberi testantur ad eos qui descendunt per lineam masculinam et femininam. sed sequens clausula vel omittunt. tamen ad femininam. nam eam per eorum ... per exheredationem ... ut C. de exhered. li. ... Si aliquis de linea masculina omitteret filium in potestate et nullum ipso iure esset testamentum. si emancipatum valeret ... tamen rumpitur. ut C. de exhered. li. ... emancipatus possunt. s. adita hereditate ... ut C. e. t. ... in quibus ... posita quadam ratione ad hoc ut testamentum rescindatur ... [illegible]

solo non potest infirmari testamentum quod postea testator id noluerit valere. usque adeo ut si quis post factum prius testamentum posterius facere ceperit. aut mortalitate preventus aut quia eum eius rei penituit non perfecisset. divi Pertinacis oratione cautum est. ne alias priores tabule iure facte irrite fiant. nisi sequentes iure ordinate et perfecte fuerint. Nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est. Eadem oratione expressit divus Pertinax non admissurum se hereditatem eius qui litis causa principem heredem reliquerit. neque tabulas non legitime factas in quibus ipse ob eam causam heres institutus erat probaturum. neque ex nuda voce heredis nomen admissurum. neque ex ulla scriptura cui iuris auctoritas desit aliquid adepturum. Secundum hoc divi quoque Severus et Antoninus sepissime rescripserunt. Licet enim inquiunt legibus soluti sumus. attamen legibus vivimus.

De inofficioso testamento.

Quia plerumque parentes sine causa liberos suos vel exheredant vel omittunt. inductum est ut de inofficioso testamento agere possint liberi qui queruntur aut inique se exheredatos aut inique preteritos. hoc colore quasi non sane mentis fuerunt cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur non quasi vere furiosus sit. sed recte quidem fecit testamentum sed non autem ex officio pietatis. Nam si vere furiosus sit. nullum est eius testamentum. Non tantum autem liberis permissum est parentum testamentum inofficiosum accusare. verum etiam parentibus liberorum. Soror autem et frater turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus prelati sunt. Non ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra fratres et sorores cognati nullo modo aut agere possunt aut agentes vincere. Tam autem naturales liberi quam secundum nostre constitutionis divisionem adoptati ita demum de inofficioso testamento agere possunt si nullo alio iure ad bona defuncti venire

[illegible]

iure possunt

[illegible] ... gloss ... [illegible]

... iure possunt. Nam qui alio iure veniunt ad totam hereditatem vel partem eius de inofficioso testamento agere non possunt. Postumi quoque qui nullo alio iure venire possunt de inofficioso agere possunt. Sed haec ita accipienda sunt si nihil eis penitus a testatoribus testamento relictum est: quod nostra constitutio ad verecundiam naturae introduxit. Sin vero quantacumque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta, de inofficioso querela quiescente, id quod eis deest usque ad quartam legitimae partis repleatur, licet non fuerit adiectum boni viri arbitratu debere eam compleri. Si tutor nomine pupilli cuius tutelam gerebat ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum a patre suo, nihilominus possit tutor nomine suo de inofficioso patris testamento agere. Sed et si e contrario pupilli nomine cui nihil relictum fuerit de inofficioso egerit et superatus est, ipse tutor quod sibi in eodem testamento legatum relictum est non amittit. Igitur quartam quis debet habere ut de inofficioso testamento agere non possit, sive iure hereditario sive iure legati aut fideicommissi, vel si mortis causa ei donata fuerit quarta, vel inter vivos in his tantummodo casibus quorum nostra constitutio mentionem fecit, vel aliis modis qui in constitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus ita intellegendum est ut sive unus fuerit sive plures quibus agere de inofficioso testamento permittitur, una quarta eis dari possit, ut pro rata distribuatur eis, id est pro virili portione.

De heredum qualitate et differentia

Heredes autem aut necessarii dicuntur aut sui et necessarii aut extranei. Necessarius heres est servus heres institutus. Ideo sic appellatur quia sive velit sive nolit omnimodo post mortem testatoris protinus liber et necessarius heres fit. Unde qui facultates suas suspectas habent solent servum suum primo aut secundo vel etiam ulteriore gradu ...

[illegible] ... gloss ... [illegible]

... De heredum qualitate et differentia ... [illegible]

VI

heredis institutio, ut si cre-
ditoribus satis non fiat, poti-
us heredis bona quam testa-
toris a creditoribus possideantur
vel distrahantur vel inter eos
dividantur. pro hoc tamen in-
commodo illud ei commodum
praestatur, ut ea quae post mor-
tem patroni sui sibi ad-
quisierit ipsi reserventur.
et quamvis non sufficiant bo-
na defuncti creditoribus, ite-
rum ex ea causa res eius quas
sibi adquisierit non ve-
neunt. Sui autem et neces-
sarii heredes sunt veluti filius
filia, nepos neptisve ex fi-
lio, et deinceps ceteri liberi, qui
modo in potestate morientis
sunt. Sed ut nepos neptisve
sui heredes sint, non
sufficit eum eamve in
potestate avi tempore mor-
tis fuisse, sed opus est ut
pater eius vivo patre suo
desierit suus heres esse, aut
morte interceptus aut qualibet
alia ratione liberatus potestate.
tunc enim nepos neptisve in
locum patris sui succedit.

Sed sui quidem heredes ideo ap-
pellantur, quia domestici he-
redes sunt, et vivo quoque pa-
rente quodammodo domini existimantur.
unde etiam si quis intestatus
moritur, prima causa est in
successione liberorum. Necessarii
vero ideo dicuntur, quia omni modo,
sive velint sive nolint, tam
ab intestato quam ex testamento
ex lege duodecim tabularum heredes fiunt.
Sed his praetor permittit vo-
lentibus abstinere se ab he-
reditate, ut potius parentis
bona quam ipsorum a cre-
ditoribus possideantur. Ceteri
qui testatoris iuri subiecti
non sunt, extranei heredes
appellantur. Itaque liberi quoque
nostri, qui in potestate non sunt,
heredes a nobis instituti, extranei heredes
videntur. Qua de causa et qui
heres a matre instituitur
eodem modo sunt, quia feminae liberos in potestate non
habent. Servus quoque a
domino heres institutus et post
testamentum factum ab eo manu-
missus eodem modo heres videtur.

In extraneis heredibus id observatur: ut sit cum eis testamenti factio, sive ipsi heredes instituantur, sive hi qui in potestate eorum sunt. et id duobus temporibus inspicitur: testamenti quidem facti tempore, ut constiterit institutio: mortis vero tempore testatoris, ut effectum habeat. Hoc amplius et cum adierit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure sive sub condicione heres institutus sit. nam ius heredis eo vel maxime tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum et mortem testatoris vel condicionem institutionis existentem mutatio iuris non nocet heredi: quia ut diximus tria tempora inspicimus. Testamenti autem factionem non solum is habere videtur qui testamentum facere potest, sed et qui ex alieno testamento vel ipse capere potest vel alii adquirere, licet non potest facere testamentum. Et ideo furiosus et mutus et posthumus et infans et filius familias et servus alienus testamenti factionem habere dicuntur. licet enim testamentum facere non possunt, attamen ex testamento vel sibi vel alii adquirere possunt. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas est de adeunda hereditate vel non adeunda. Sed sive is cui abstinendi potestas est immiscuerit se bonis hereditariis, sive extraneus cui de adeunda hereditate deliberare licet adierit, postea relinquende hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit annis xxv. nam huius etatis hominibus sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita et si temere damnosam hereditatem susceperint, pretor succurrit. Sciendum tamen est divum Adrianum et maiori xxv annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes alienum quod adite hereditatis tempore latebat emersisset. sed hoc divus Adrianus speciali beneficio cuidam prestitit. Divus autem Gordianus postea in militibus

[illegible]

[illegible]

[...] Sed nostra
benivolentia communem omnibus
subiectis imperio nostro hoc prestitit
beneficium et constitutionem tam
equissimam quam nobilem
scripsit. cuius tenorem si obser-
vaverint homines, licet
eis et adire hereditatem et
in tantum teneri in quantum va-
lere bona hereditatis con-
tingit. ut ex hac causa neque
deliberationis auxilium fiat
necessarium. nisi omissa observa-
tione nostre constitutionis et de-
liberandum existimaverint
et se veteri gravamini aditio-
nis supponere maluerint.

Item extraneus heres testamento insti-
tutus. aut ab intestato
ad legitimam hereditatem vo-
catus potest aut pro herede ge-
rendo. aut etiam nuda volun-
tate suscipiende heredita-
tis heres fieri. pro herede autem quis
gerere videtur. si rebus heredi-
tariis tamquam heres utatur
vel vendendo res hereditari-
as. aut predia colendo. lo-
cando ve. aut quoquo modo
si voluntatem suam decla-
ret. vel re vel verbis de ade-
unda hereditate. dummodo sciat
eum in cuius bonis pro herede
egit testatum intestatum-
ve obiisse. et se heredem ei
esse. pro herede enim gerere. est pro
domino gerere. veteres enim heredes
pro domino appellabant. Sicut
autem nuda voluntate ex-
traneus heres fit. ita ex con-
traria destinatione statim ab
hereditate repellitur. Eum
qui mutus vel surdus natus
est. vel postea factus est. nichil
prohibet pro herede gerere et
adquirere sibi heredita-
tem. si tamen intelligit quod a-
gitur. De legatis. Rubrica

Post hec videamus de legatis. que
pars iuris extra propositam
materiam videtur. nam
loquimur de his iuris
figuris. quibus per universita-
tem res nobis adquiruntur. sed
cum omnino de testamentis deque he-
redibus qui testamento instituuntur
locuti sumus. non sine causa se-
quenti loco potest hec iuris ma-
teria tractari. Legatum i-
taque est donatio quedam

[illegible]

[illegible]

verba, ut si dicam legatario vendica rem meam tibi non heredi vel hereditati; dampnatio te istum vel alieno liberare ut . e . § . sed realle . Item sic si dicat sinito illum here talem rem . Item si dicat vir heredum precapito rem illam vel partem capito . ut ff . e . l . si a pluribus . constitutionibus . quia non . . . sublata . . . divum verum . constitutio . C . de communi . . .

stricte . i . stricto iure . ut ex testato tum debeantur . ut . i . de fideicommissis hereditatibus . § . postea . magis . s . quam ut . i . de fideicommissis . . . legata . s . ut ab intestato debeantur . ut . i . de fideicommissis hereditatibus . § . postea . exequare . quo ad sinendi de fideicommissis . . . ceterarum non quo ad verba . nam non de hodie legataria liberat vel hereditas licet fideicommissaria

a defuncto relicta. Sed olim
quidem erant legatorum
genera .iiii. per vendicationem,
per dampnationem, si-
nendi modo, per preceptionem. Et
certa quedam verba cuique
generi legatorum assignata
erant, per que singula ge-
nera legatorum significabantur.
Sed ex constitutionibus divorum
principum sollempnitas hu-
iusmodi verborum penitus sub-
lata est. Nostra autem constitutio
quam cum magna fecimus
lucubratione, defunctorum
voluntates validiores
esse cupientes et non verbis
sed voluntatibus eorum faventes,
disposuit ut in omnibus
legatis una sit natura
et quibuscumque verbis aliquid de-
relictum sit, liceat legata-
riis id persequi non solum
per actiones personales sed et
per in rem actiones et per hypothe-
cariam. Cuius constitutionis per-
pensum modum ex ipsius te-
nore perfectissime accipe-
re possibile est. Sed non usque ad
eam constitutionem standum esse

nos existimavimus. Cum
enim antiquitatem in-
venimus legata quidem
stricte concludentem, fidei-
commissis autem, que ex voluntate
magis descendebant de-
functorum, pinguiorem
naturam indulgentem,
necessarium esse duximus omnia
legata fideicommissis exe-
quare, ut nulla sit inter ea
differentia, sed quod deest legatis,
hoc repleatur ex fideicommis-
sorum natura, et si quid am-
plius est in legatis, per hoc
crescat fideicommissi natura.
Sed ne in primis legum cu-
nabulis permixte de his
exponendo studiosis adoles-
centibus quandam intro-
ducamus difficultatem,
operepretium esse duximus
interim separatim prius de le-
gatis et postea de fideicom-
missis tractare, ut natura
utriusque iuris cognita faci-
le possint permixtionem
eorum eruditi subtilioribus
auribus accipere. Non so-
lum autem testatoris vel

. . . in hoc ut . . . actiones . si in genere vel similiter competunt due . s . testamenti et hypothecaria . sed in causa una actio tantum . s . ex testamento . et una exceptio competit . . . lego debiturum libarum . . . ut ff . de lib . le . l . quum . . . ut . . . le . l . i . § . si te . . . Sed aut sit res aliena . due tantum competunt . . . ab omnibus . . . in prin . cunabulis . i . in hiis voluminibus . ut . . . in pen . § . tamen . operepretium . i . pulcher . . . videtur ut in salustiano . interim . i . antequam pervenimus ad illam constitutionem . de legatis . . . in hoc titulo et duobus sequentibus . fideicommissis . ut . i . de fideicommissis hereditatibus . et alio . . .

eruditi . . . § . huius igitur generaliter ac

. . . imo talem . . . tandem . . . ut C . de communi de legatis . l . ij .

[illegible]

[illegible gloss]

Non solum autem testatoris vel heredis res, sed etiam aliena res
legari potest. Ita ut heres
cogatur redimere eam et
praestare, vel si non potest redi-
mere, aestimationem eius dare.
Sed et si talis sit res cuius non
est commercium, vel non potest adi-
pisci, aestimatio eius non
debetur, sicuti si campum
Martium vel basilicas vel
templa vel quae publico u-
sui destinata sunt legaverit: nam nullius mo-
menti legatum est. Quod autem
diximus rem alienam pos-
se legari, ita intelligendum
est, si defunctus sciebat a-
lienam rem esse, non si ig-
norabat: forsitan enim si sci-
visset alienam rem esse non
legasset. Et ita divus Pius
rescripsit. Et verius est ipsum
qui agit, id est legatarium, pro-
bare oportere scisse alienam
rem legare defunctum, non
heredem probare oportere igno-
rasse alienam, quia semper
necessitas probandi incumbit
illi qui agit. Sed et si rem
obligatam creditori aliquis
legaverit, necesse habet heres
eam luere. Et hoc quoque ca-
su idem placet quod in re ali-
ena, ut ita demum luere ne-
cesse habeat heres si sciebat
defunctus rem esse obligatam:
et ita divi Se-
verus et Antoninus rescripse-
runt. Si tamen defunctus voluit
legatarium luere et hoc expres-
sit, non debet eam heres lu-
ere. Si res aliena lega-
ta fuerit et eius vivo testa-
tore vel legatarius dominus
factus fuerit: si quidem ex causa
emptionis, ex testamento actione
pretium consequi potest. Si
vero ex causa lucrativa, veluti
ex donatione vel ex alia
simili causa, agere non potest.
Nam traditum est duas
lucrativas causas in eundem
hominem et in eandem rem
concurrere non posse. Hac
ratione si ex duobus testamentis
eadem res eidem debeatur,
interest utrum rem an aesti-
mationem ex testamento consecu-
tus est. Nam si rem habet,
agere non potest, quia habet

[illegible gloss]

eam ex causa lucrativa si extimationem habet agere potest.

¶ Ea quoque res que in rerum natura non est si modo futura est recte legatur: velut fructus qui in eo fundo nati erunt aut quod ex ancilla illa natum erit. ¶ Si eadem res duobus legata sit sive coniunctim sive disiunctim si ambo pervenerint ad legatum scinditur inter eos legatum. Si alter deficiat, quia aut spreverit legatum aut vivo testatore decesserit aut quolibet alio modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet.

¶ Coniunctim autem legatur velut si quis dicat: Titio et Seio hominem Stichum do lego.

¶ Disiunctim ita: Titio hominem Stichum do lego. Seio Stichum do lego. Sed si expresserit hominem eundem, eque disiunctim legatum intelligitur.

¶ Si cui fundus alienus legatus fuerit et legatarius eius proprietatem detracto usufructu et usufructus ad eum pervenerit et postea ex testamento agat, recte eum agere et fundum petere Iulianus ait, quia usufructus in petitione servitutis locum optinet, sed officio iudicis contineri ut deducto usufructu iubeat estimationem prestari.

¶ Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile est legatum, quia quod proprium est ipsius amplius eius fieri non potest; et licet alienaverit eam, non debetur nec ipsa res nec estimatio eius.

¶ Si quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum. Nam plus valet quod in veritate est quam quod in opinione.

¶ Sed et si legatarii testator rem esse putaverit cum sua esset, et erat legantis, valere constat, quia exitum voluntas defuncti potest habere.

¶ Si rem suam legaverit testator posteaque

alienavit, vendendo vel donando indistincte videtur ademisse, ... valeat donatio vel non, vel etsi revocetur, ut ff. de adimendis legatis l. cum servus ... legatum sub condicione ... Si extra causam distingue ... et in dubio probatur ... voluntatem mutatam ... pignori dedit. Quid si rem obligatam creditori legavit, numquid valet legatum? Respondeo sic, et interdum potest petere debitum si voluntas testatoris ostendatur ... compensare ... ac

Amplius. Sed numquid hodie semper est plus cum habeat dominum et potestatem? Respondeo non, ut ff. e. ... Si rem que plus ... de hoc ... dicit inutile, id est non valere ... cum alienam ... actionem ... quia ... falsae opinionis ... metallum ... Sed si uxori pleni ...

eam alienavit, censuit estimat si non adimendi animo vendidit, nihilominus debi[ri]. Idem et divus Severus et Antoninus rescripserunt. Idem rescripserunt eum qui post testamentum factum predia que legata erant pignori dedit, ademisse legatum non videri, et ideo legatarium cum herede agere posse ut predia a creditore luantur. Si vero quis partem rei legate alienavit, pars que non est alienata omnimodo debetur, pars autem alienata ita debetur si non adimendi animo alienata sit. Si quis debitori suo liberationem legavit, legatum utile est, et neque ab ipso debitore neque ab herede eius potest heres petere, nec ab alio qui loco heredis est; sed et potest a debitore conveniri ut liberet eum. Potest autem quis vel ad tempus iubere ne heres petat. Ex contrario si debitor creditori suo quod debet legaverit, inutile est legatum si nihil plus est in legato quam in debito, quia nihil

amplius habet per legatum. Quod si in diem vel sub condicione debitum ei pure legaverit, utile est legatum propter representationem. Quod si vivo testatore dies venerit aut condicio extiterit, Papinianus rescripsit utile nihilominus esse legatum, quia semel constitit; quod et verum est. Non enim placuit sententia existimantium extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenit a qua incipere non potest. Sed si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum, quia plenius est legatum quam de dote actio. Sed si uxori que non accepit dotem legaverit, divus Severus et Antoninus rescripserunt: si quidem simpliciter legaverit, inutile esse legatum; si vero certa pecunia vel corpus certum aut instrumentum dotis in prelegando demonstrata sint, valere legatum. Si res legata sine facto heredis perierit, legatario decedit. Et si servus alienus legatus sine facto heredis

[illegible]

manumissus fuit, non tenetur heres. ¶ Si vero heredis servus legatus fuit et ipse eum manumisit, tenetur, eum Iulianus scripsit, nec interest sciens an ignoraverit a se prestandum esse legatum. ¶ Sed et si alii donaverit servum et is cui donatus est eum manumiserit, tenetur heres, si ignoraverit a se legatum esse eum. ¶ Si quis ancillas cum natis suis legaverit, et si ancille mortue fuerint, partus legato cedunt. ¶ Idem est si ordinarium servum cum vicariis legaverit, licet et ordinarius mortuus fuerit, tamen vicarii legato cedunt. ¶ Sed si servus cum peculio legatus fuerit, mortuo servo vel manumisso vel alienato, servo peculii legatum extinguitur. ¶ Idem est si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit: nam fundo alienato et instrumenti legatum extinguitur. ¶ Si grex legatus fuerit, postea que ad unam ovem pervenerit, quod superfuerit vindicari potest. Grege autem

legato et oves que post testamentum factum gregi adiciuntur legato cedere Iulianus ait. Est enim gregis unum corpus ex distantibus capitibus, sicuti edium unum corpus est ex coherentibus lapidibus. ¶ Edibus denique legatis columpne et marmora que post testamentum factum adiecta sunt legato cedere. ¶ Si peculium legatum fuerit, sine dubio quicquid peculio accedit vel decedit vivo testatore legatarii lucro vel dampno est. ¶ Quod vero post mortem testatoris ante aditam hereditatem servus adquisierit, id Iulianus ait: si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hereditatem adquisitum est legatario cedere, quia dies huius legati ab adita hereditate cedit. ¶ Sed si extraneo legatum fuerit peculium, non cedere ea legato nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit. ¶ Peculium autem nisi legatum fuerit manumisso non debetur

[illegible]

si uiuus manumisisset sufficiat domino si non adimat et ita diuus seuerus et antoninus rescripserunt. Idem rescripserunt peculio legato non uideri id relictum ut petitionem heres pecunie quam in rationes dominicas impendit. Idem rescripserunt peculium legatum uideri cum rationibus redditis liber esse iussus et ex eo reliquas inferre.

Tam autem corporales res quam incorporales legari possunt. et ideo id quod defuncto debetur potest alicui legari ut actiones suas heres legatario prestet nisi exegerit uiuus testator pecuniam. nam hoc casu legatum extinguitur. Sed et tale legatum ualet. dampnas esto heres meus domum illius reficere. uel ipsum alieno ere liberare.

Si generaliter seruus uel alia res legetur. electio legatarii est. nisi aliud testator dixerit.

Optionis legatum id est ubi testator ex seruis suis uel aliis rebus optare legatarium iusserat habebat in se condicionem. et ideo nisi ipse legatarius uiuus optauerat. ad heredem legatum non transmittebat. Sed ex constitutione nostra et hoc ad meliorem statum reformatum est. et data est licentia heredi legatarii optare sibi. et licet uiuus legatarius hoc non fecit. et diligentiore tractatu habito. hoc in nostra constitutione additum est. ut siue plures legatarii existant. quibus optio relicta est. et dissentiant in corpore eligendo. siue unius legatarii plures heredes sint. et inter se circa eligendum dissentiant. alio aliud corpus eligere cupiente. ne pereat legatum. quod plerique prudentium contra beniuolentiam introducebant. fortunam esse huius optionis iudicem. et sorte hoc esse dirimendum. ut ad quem sors peruenerit. illius sententia in optione precellat.

Legari autem ille sole res possunt. quibus

[illegible]

Factio .s. in passiua significatione accipe. ut s. de her. q. et qui sunt isti qui non habent testamenti factionem. ex incerta persona [illegible] peregrinus sive deportatus ut C. de her. insti. l. [illegible] in metallum dampnatus ut ff. de his que pro non scriptis [illegible] l. si in metallum. [illegible] ut s. de her. insti. [illegible] collegium [illegible] licitum. ut C. de her. insti. l. collegium.

Repeti qui sine debitum ut ff. de condictione indebiti. [illegible] Postumo legabatur [illegible] ut ff. de postu. [illegible] gallus [illegible]. Suos .s. quondam ante emancipationem ut sequitur. Futurus .s. heres. Sed nec huiusmodi q. d. non solum de postumo sed omnia supradicta ab illo [illegible] incertis correcta sunt ut C. [illegible] l. et si legatum l. [illegible] et l. et causam. Constitutio [illegible]

testamenti factio est. Incertis autem personis neque legata neque fideicommissa olim relinqui concessum erat. Nam nec miles quidem incertae personae poterat relinquere, ut divus Adrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur quam incerta opinione animo suo testator subiciebat, veluti si quis ita dicat: quicumque filio meo in matrimonium filiam suam dederit, ei heres meus illum fundum dato. Illud quoque quod his relinquebatur qui post testamentum scriptum primi consules designati erant, aeque incertae personae legari videbatur, et denique multae aliae huiusmodi species sunt. Libertas quoque non videbatur posse incertae personae dari, quia placebat nominatim servos liberari. Sub certa vero demonstratione, id est ex certis personis, incertae personae recte legabatur, veluti ex cognatis meis qui nunc sunt si quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta et per errorem soluta repeti posse sacris constitutionibus cautum erat. Postumo quoque alieno inutiliter legabatur. Est autem alienus postumus qui natus inter suos heredes testatori futurus non est; ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erat postumus avo. Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta, cum in nostro codice constitutio posita est per quam et huic parti medevimus, non solum in hereditatibus sed etiam in legatis et fideicommissis; quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet, quia certo iudicio debet quis pro tutela suae posteritati cavere. Postumus autem alienus heres institui et antea poterat et nunc potest, nisi in utero eius sit quae iure nostro uxor esse non potest.

[illegible] Illud quoque designati [illegible] sortiebatur [illegible] id est incipiebant administrare et consulatum forte per tres menses designabantur ut C. de condic. et demon. l. publius et ff. de mag. [illegible] ac liberat. ut si dicat ita liberum esse illum volo qui capitolium primo ascenderit vel simile fecerit ut s. e. [illegible] incertis vel [illegible] liberum esse volo cum habeo [illegible] ut ff. de [illegible] ex pub. . . .

de liberis et postumis. gallus [illegible] ac

Sub certa. sic ff. e. si [illegible] legatum [illegible] huius sic ff. de re dubi. l. quidam sic ff. e. l. legato. ac [illegible]

[illegible]

[illegible]

Non posset. sꝫ q̄ꝛ illa q̄ uxor eē nō pōt. ut. multe sunt ille q̄ uxores eē non possunt. ut s. ꝺ nup. dix imus. ꝟ. si adulter. | Si quis. sic c. de test. si quis. | In nomine | nō. nomē eē genus. sꝫ pnomē h̄ p que sin. ut albius qui dr ꝓpe ꝑsone nomē. cognomē. q̄ cōe cognatōnis nomē. ut alkinell. pnomē q̄ cū differe potuit. ut sicuo tulliū. uni suphabundap. marc. ut sic dicat marc tullius. nam marc ē pnomē. agnomē est q̄ imponit̄ ab aduentu. ut aff̄ricanus qui uicit affricam. alniannē. ↄ giptic. ut s. de ꝑ enuig. h̄ ub̄ s uatur | si erret in eoꝝ nomine

si de ꝑ constet. sic ff. si c. pe. l. cum legatum. c. et. si fortidi. uinum fundum. in he dibꝫ. si erret in eoꝝ nomine. intelligunt. s. a testatore. ꝛ h̄ in ꝑplus in appella tiūs. distingue s. Jo. aut ꝑarū erret ut libros intrandi appll et quo tāū uelꝫ in ariētum fuit consuetus sic ap pellare. ut ff. e. u. l. libroꝝ. ꝟ. q̄ tū. ꝛ tamē o. ut ff. e. l. iiij. ꝛ de suppell. l. l. labo. i medio. intēē. uū lib s. nomē mutare po test. licet suus non pōt. ut c. de mu. no. l. i. ꝛ ff. de fal. ex falsi. uernam. uīna est s uus ex ancilla testatoris natus. emptus. idē ꝛ si non emit. ut ar. ff. ꝺ usucapi. l. unnequā. ꝟ. si sec in uenditoꝛe. ut ff. de contrhend. empc. l. si quis fun dum. Longe mag. idō dicit mag. q̄ ūba sile demonstratō nis sunt de sūba

eē n potest. Si quis in noīe cognomine agnoīe pnoīe legatarij errauit testator. si de ꝑsona cōstet nlō ualet legatū. Idēq in hedibꝫ suat ꝛ recte. nō mina. n. significādoꝝ hoīum grā reꝑta sunt. qui si q̄lꝫ alio m̄ intelli gant nichil interest. Huic ꝓxima ē illa iuris regla. falsa demonstratōne lega tum non ꝑimi. ueluti si quis ita legauit. Stichū s uū meū uernam do le go. licet enī nō u'na. sed emptus sit. si de s uo tū con stat. utile ē legatū. ꝛ con uenient si ita demonstrauit stichū s uū meū quē a seio emi. sit q̄ ab alio empt. utile est legatum. si de s uo constat. Longe ma gis legato falsa cā nō no cet. ueluti cum ita quis dixit tycio. quia absente me negotiā mea curauit stichū do lego. ul ita tycio q̄ patrocinio eius capita li libat crimine. stichum

do lego. Licet enī negotia tes tatoris umquā gessit tycius. ne patrocinio eius libatus. legatū tū ualet. Sꝫ si cō dicōnalit enūtiata fue rit. aliud iuris est. ueluti h m̄. Tycio si negotia mea curauit. fundū meū do lego. An suo hedi recte legamus querit. ꝛ constat pure inutiliter legari. nec quicquā ꝓficere si uiuo tes tatore de potestate hedis exierit. q̄ qd inutile fo ret legatum si statī pō fcm̄ testm̄ decessisset testa tor. h̄ nō dꝫ idō ualere q̄ diutius testator uixit. Sꝫ sub condicōne recte legatur. ut requiram̄. an quo tpe dies legati cedit in potā te hedis suus non sit. Ex diuso hede instituto s uo. cū dn̄o recte ꝛ sine con dicōne legat. non dubitatū. Nam ꝛ si statim p fcm̄ testm̄ decessit testator. nō tū aꝑ eū qui hes sit. dies lega ti cedere intelligit. cum hedītas a legato sepata

condicōnalit. condō p̄ si apponat. ut s. ꝺ ff. ꝺ condic. inde. q̄ p missa. ul p causā. ut ff. ꝺ c. ob. l. q̄ quis. ꝟ. nō solum si in causā. ut ff. de turpi. l. mutuo. ꝟ. hanc modo p. ut ut c. ꝺ his q̄ sb̄ mo. l. ii. cā p quā l. ut h̄ demonstratō fit ostendendo aliquid q̄ nō est. ut s. ꝑ. ꝛ ff. e. l. si sic. ꝟ. i. in p̄n. | cā fl̄ā nō nocet ut h̄. cōdō nocet si deficiat ut h̄. ꝛ ff. si cum. pe. l. cum ad ꝑsens. ꝛl. tcrāꝫ | modus idem q̄ condō opatur. excepto q̄ id q̄ datur sub modo ꝛ antiq̄ modus impleatur. agit. condōe ū suꝑpositā modo implendo q̄ nō est in condōne. ut ff. ꝺ condic. l. quid hedi. ꝟ. si. ꝛ do mū. le. liberto ꝟ. lucius. ꝛ ff. e. l. si sic ꝛ legatum | in demonstrōne q̄ꝛ. ut in ff. e. l. si sic. ꝟ. i. ꝛ l. nō quocumꝫ. ac. | an pure inutili. c. ꝺ necess. s. lꝫ iusti. l. quidam. ꝟ. illo q̄ sꝫ ubi non imponit̄ necessitas adi ut minus loquit. ut ff. ꝺ ali ta. l. i. ꝛ uos. nam cum sꝑ um a morte testatoris cedit ut c. ꝺ cad. tol. l. unica. ꝟ. c. s. ꝛ domino ex ꝑ s uū. ut s. ꝑ. ꝑ sl. no. ac. ꝟ. in s uū. sꝫ id dn̄ test. heret. q̄ nō ut. legatū. q̄ idē nō pōt eē hes ꝛ legatarius. ut ff. ꝺ l. i. legatum. ꝟ. i. | ꝓficere. q̄ actus moriētium nō pos sunt eē in suspenso. ut ff. gi. p. l. si. in fi. ꝛ ꝑ regulam cato nis q̄ sequitur | exierit. fuit le gatarius | suo. ff. ad l. fal. l. si a seruo. | hedis sui. nam si adhuc suus nō uꝫ legatum al' ualet. apud eum. i. eundē hedītas ꝛ legatum. s. domini qui sit hes p s uū p se qui hes sit. i. decē mortuo tes tatore statim post testamū nō idō statim dn̄s s ui erit hes p s uū ꝛ legatarius p se. ꝛ ita non erit apud eum. i. eundē hedītas ꝛ legatum q̄ erat s ui ꝟ. immo adh ut sit hes p s uum. duo ꝓcede cꝫ. iussu dn̄i ꝛ obedientia s ui. ꝛ interim tn̄ condō potit uariari. sꝫ lega tum tū interim hēbit dn̄s. sic q̄ sepata hedītas ꝛ legatum intelli. cum legatum apud dn̄m sui hedītas apud nullū sit. sicut ul' manumissus s ul' uendit aliū dn̄i eam adeat intell. nam nemo ē hes adh cum ꝛ dn̄i iussu ꝛ s ui debeat sequi uoluntas. ut c. ꝺ hd. in fi. l. cum ꝑsonas ꝛ licet hedi tatis dies cedit ea adita | tū legi

ꝑplus legati. ut cum dico sticum uinetum do lego. h̄ ūba talle cause non ualent. sꝫ q̄ talē legatū le gato non coherent. ut ff. de condic. ꝛ dē. cū tales. ꝟ. fallam cam. sꝫ q̄ dotare h̄ ꝑmittit. ut ff. de condic. ꝛ dē. in sūma. ꝟ. id quoq̄.

tum a morte testatoris cedit. ut c. ꝺ caduc. tol. l. in nouissi mo. ūs apud dn̄m erit legatum. sꝫ hedītas apud nullum q̄ potest eē. ul apud hunc ul apud aliūm. si alienabitur. s. tū prius. non sequitur. ac.

[illegible]

antea legabatur: aliquando in tutore et oli(m) ... qui dat ... pos(t) ... ad titulum.
fundamentum: cum sine eo nullum dicatur ... (c)ontra hoc ... ordinem. non ordinem non tuendum ...

sit et possit per eum sum
alius heres effici, si forte
iussu domini adeat: in alterius
potestatem translatus fuerit vel ma-
numissus ipse heres efficitur:
quibus casibus utile est lega-
tum. quod si in eadem causa per-
manserit et iussu legata-
rii adierit, evanescit le-
gatum. ¶ Ante heredis in-
stitutionem inutiliter an-
tea legabatur. scilicet quia testa-
menta vim ex institutione
heredum accipiunt, et ob id
veluti caput atque funda-
mentum intellegitur totius
testamenti heredis institutio.
¶ Pari ratione nec libertas ante
heredis institutionem dari po-
terat. Sed quia incivile esse pu-
tavimus ordinem quidem
scripture sequi, quod et ipsi
antiquitati vituperandum
fuerat visum, sperni autem testa-
toris voluntatem: per
nostram constitutionem et hoc vici-
um emendavimus, ut
liceat et ante heredis institutio-
nem et inter medias he-
redum institutiones legatum

relinquere et multo magis
libertatem, cuius usus favo-
rabilior est. favorabilior.
¶ Post mortem quoque
heredis aut legatarii simul
inutiliter legabatur: ve-
luti si quis ita dicat: cum
heres meus mortuus erit,
do lego. ¶ Item pridie quam heres
meus aut legatarius
morietur. Sed simili modo et hoc
correximus, firmitatem
huiusmodi legatis ad fidei commis-
sorum similitudinem praestantes,
ne vel in hoc casu deterior causa
legatorum quam fidei commisso-
rum inveniatur. ¶ Pene
nomine inutiliter legabatur
et adimebatur vel transfere-
batur. pene autem nomine
legari videtur quod coercendi
heredis causa relinquitur,
quo magis aliquid faci-
at: veluti si quis ita scrip-
serit: heres meus si filiam
suam in matrimonio collocaverit
Titio; vel ex diverso: si non
collocaverit, dato x aure-
os Seio; aut si ita scripserit
heres meus si servum Stichum

...non habemus per quosdam vel dicitur si ... loquitur ... ambiguita-
tes ... ubi dicitur non ex ... ceteras
ad alia non ad hunc ordinem.

... vel adimebatur ... ubi ... exponitur
... aliquid quod si ... sic habetur
in penam heredis ... admittitur ...
... si ... collocaverit ... si nolo ... collocari.

L

alienavit q. ego volo Jo. | per qm. legem.
alienavit. nam n. alicui | q volo.

agnoscere. l. posse. ut S. quib. modis testamenta infirmantur. §. si.

alienaverit vel ex diviso
si non alienaverit Titio
x. aureos dato. Et in tantum
haec regula observabatur ut
per quamplurimis principalibus
constitutionibus significetur:
nec principem quidem agnoscere
quod ei pene nomine
legatum sit. Sed nec ex militis
quidem testamento talia legata
valebant, quamvis aliae
militum voluntates in ordinandis
testamentis valde observentur.
Quin etiam libertatem
pene nomine dari posse
placebat. Eo amplius nec
heredem pene nomine adici posse
Sabinus existimabat:
veluti si quis ita dicat:
Titius heres esto. Si Titius
filiam suam Seio in matrimonio
collocaverit, Seius quoque
heres esto. Nihil enim intererat
qua ratione Titius cohercetur,
utrum legati datione an coheredis
adiectione. Sed huiusmodi scrupulositas
nobis non placuit,
et generaliter ea quae relinquuntur,
licet pene nomine fuerint relicta
vel adempta vel in alium

translata, nihil distare a ceteris
legatis constituimus, vel in
dando vel in adimendo vel
in transferendo: exceptis his
videlicet quae impossibilia
sunt vel legibus interdicta vel
aut alias probrosa: huiusmodi
enim testatorum dispositiones valere
secta temporum meorum
non patitur. De ademptione legatorum et translatione

Ademptio legatorum, sive eodem testamento adimantur
sive codicillis, firma
est: sive contrariis verbis fiat ademptio,
veluti si quis ita quod legaverit:
do lego, ita adimat:
non do lego, sive non contrariis,
id est aliis quibuscumque verbis. Transferri
quoque legatum ab alio
ad alium potest, veluti si
quis ita dixerit: hominem Stichum
quem Titio legavi, Seio do lego,
sive in eodem testamento
sive in codicillis hoc fecerit: quo
casu simul Titio adimi videtur
et Seio dari. De lege Falcidia

Superest ut de lege Falcidia dispiciamus,
qua modo novissime
finis legatis impositus est.

constituimus. ut C. de his qui pe. na. l. i. | Impossibilia. ff. e. l. si mihi §. i. q. to. ubi quidam dicunt q. non erat impossibile. ergo cui potuit eum esse q. diu vivet. et infra tamen post id q. fieret nolebat. vel dic q. l. voluit testator heredem instituere Seio lucinium si decederet testator. S. eorum q. potuit n. aut solvere. Jo. S. de her. insti. §. ipossibili. vel dicto valere legatum relictum conditione impossibili. sol. quidam dicunt valere sic testator. ut valet tamen pure. tibi vel distingue. sed Jo. autem attribuit quod impos heredi aut legatario. si heredi non valet legatum. si lego si legatario valet. ut l. quaelibet exempla C. de his quae pe. no. l. i. probrosa. ut velut in militia inimicus. ut ff. e. l. i. suo alieno §. si. vel reliquias in mari. ut ff. de condic. insti. l. pe. in fi. | Secta. i. ego qui sequor iustitiam hoc tempore non patior. sic C. de pac. l. fi. in fi. §. i. De translatione. quia et ambulatoria et defuncti voluntas usque ad extremum vite suppremum. ut ff. e. l. iii. §. fi. et l. s. et ideo post data legata et de his adimendis l. videamus. ademptio. adimuntur. s. legata. | codicillis. s. testamento confirmatis s. quoscumque non ... sed nos q. ut in aut. de per. et ... manifestum. coll. ix. | Firma. ut si eodem testamento fiat. videtur non datum si alia voluntate inde non datum sed postea ademptum. ut ff. de his qui inter. de l. i. et ff. de ... l. i. si ita scriptum. sed ut q. nulla tunc voluntas valeat cum videatur repugnare. ut ff. de reg. iur. l. in re pugnantibus. q. huiusmodi. sed dic q. l. dicit de repugnantia q. fit per multiplicationem illorum. ut ff. de condic. insti. l. ... vel hic locum praedicta regula cum non apparet quae sit ultima. quo casu neutra valet. si apparet ultima valet. ut ff. e. l. nihil prohibet. | quibuscumque. ubi. s. ut adimo vel penitet eius q. dedi vel similia; imo et nuda voluntate praesumpta. ut si inimicus postea sit factus legatarius. ut ff. de adim. le. l. iii. in fi. et l. qui. | transferri. capax tamen quod ademptum a primo fiat nullius. sic ut ff. de l. i. plane ...

ad l. Falcidiam. quia haec minuant legata ademptionem vel translatione dicitur est: nunc quae lege Falcidia minuantur. et ideo dicit superest et c. ideo sic. ut quia Falcidia sic hic lex legata tenetur. vel dic a Falcidio auctore dicta promulgata a populo. ut J. de act. § alie. quis. s. lex fal.

observabant. ut C. de testamentis militum. l. i. collocaverit. s. q. si volo. | Intererat. ut in quibus uno si prodest. ut ff. e. l. si quis inquilinos

novum ius.

vl. pro saltem. sive rei. v. in tempore quo tota quis ipse legaverit vel aliena. nam et aliena res legari potest ut insti. e. de le. § non solum. ipsorum testatorum. non tamen

supra modum. § quesita. quis. i. Seius. hoc h... integritate lege. postea ... et placuit et retinere. s. quartam suae partis quam ratione suo hereditario habet non autem tantum partem tantum ad

Cum enim olim lege xii. tabularum libera erat legandi potestas ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare, quippe cum ea lege ita cautum esset, uti legassit suae rei, ita ius esto: visum est hanc legandi licentiam coartare, idque ipsorum gratia provisum est, ob id quod plerumque intestati moriebantur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire. Et cum super hoc tam lex Furia quam lex Voconia latae sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur, novissime lata est lex Falcidia, qua cavetur ne plus legare liceret quam dodrantem totorum bonorum, id est ut, sive unus heres institutus esset sive plures, apud eum eosve pars quarta remaneret. Et cum quaesitum esset duobus heredibus institutis, veluti Titio et Seio, si Titii pars aut tota exhausta sit legatis quae nominatim data sunt ab eo aut supra modum onerata, a Seio vero aut nulla relicta sunt legata aut quae partem eius dumtaxat in partem dimidiam minuant, aut quia is quartam partem totius hereditatis habet aut plus, Titio nihil ex legatis quae ab eo relicta sunt retinere liceret: placuit ita ut quartam partem suae partis salvam habeat et placuit posse retinere. Etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiae ponenda est. Quantitas autem patrimonii ad quam ratio legis Falcidiae redigitur mortis tempore spectatur. Itaque si verbi gratia is qui centum aureorum patrimonium in bonis suis habebat centum aureos legaverit, nihil legatariis prodest si ante aditam hereditatem per servos hereditarios aut ex partu ancillarum hereditariarum aut ex fetu pecorum tantum accesserit hereditati ut centum aureis legatorum nomine erogatis heres quartam partem hereditatis habiturus sit

legavit. dodrantem. i. ix. uncias totius hereditatis. sic ut dodrans debeatur. ut s. de heredibus insti. quia hereditas si in quinquennio de singulis ... sive pars dentatur et ipso ... sive rei venditione. ut ff. e. l. lineam. in fi. i. § et plautius. et C. e. l. u. Item quaero nonne quod an heres possit retinere fal. in iure. Respondeo non potest. ut in dicta l. plautius. sed aliud quam quis leg

si peculium quod servo relinquit sicut cum peculium dominus legavit. i. tres partes hereditatis et quarta remanet. ita quod non habet locum l. fal. quia c. habebat in bonis. ut supra dictum est. et partem bonorum. tunc ei succedit heres suus ... sui estimationem ... ut ff. de ... § si ... et cum quaesitum. facit ff. e. l. in singulis.

V

Ex diverso legata. hic loquitur quando res hereditarie non legate perierunt ... [illegible]

necesse est, ut ullo quarta pars legatis detrahatur. Et ex diverso, si septuaginta quinque aureos legaverit, et ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona incendiis forte aut naufragiis aut morte servorum, ut non amplius quam septuaginta quinque aureorum substantia vel etiam minus relinquatur, solida legata debentur. Nec ea res dampnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem: quae res efficit, ut necesse sit legatariis, ne destituto testamento nichil consequantur, cum herede in portione pacisci. Cum autem ratio legis Falcidiae ponitur, ante deducitur es alienum, item funeris impensa et pretia servorum manumissorum, tunc deinde in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud heredes remaneat, tres vero partes inter legatarios distribuantur, pro rata scilicet portione eius quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque si fingamus quadringentos aureos legatos esse, et patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse, quarta pars legatariis singulis debet detrahi. Quod si quingentos legaverit, initio quinta, deinde quarta debet detrahi: ante enim detrahendum est quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

De fideicommissariis hereditatibus.

Nunc transeamus ad fideicommissa, et prius de fideicommissariis hereditatibus videamus. Sciendum itaque est omnia fideicommissa primis temporibus infirma esse, quia nemo invitus cogebatur praestare id de quo rogatus erat: quibus enim non poterant hereditates vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum qui ex testamento capere poterant: et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Postea primus divus Augustus semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur ...

b:/ Quod si CCCL legatos fingamus, octava debet detrahi.

[illegible]

salutem rogatus quis diceretur
aut ob insignem quorundam
perfidiam iussit consulibus auctori
tatem suam interponere. Quod quia
iustum videbatur et populare
erat paulatim conversum est in
assiduam iurisdictionem. tan
tusque favor eorum factus est ut
paulatim et praetor proprius cre
aretur qui de fidei commissis
ius diceret quem fidei commissa
rium appellabant. In pri
mis igitur sciendum est opus esse
ut aliquis recto iure tes
tamento heres instituatur
eiusque fidei committatur ut
eam hereditatem alii res
tituat. alioquin inutile
est testamentum in quo nemo
heres instituitur. Cum igitur
aliquis scripserit Lucius
Titius heres esto poterit ad
icere. rogo te Luci Titi ut
cum primum poteris heredita
tem meam adire. eam
Gaio Seio restituas et red
das. Potest autem quis et de parte
restituenda heredem roga
re. et liberum est vel pure vel
sub condicione relinquere fi
dei commissum vel ex die cer
to. Restituta autem he
reditate is quidem qui resti
tuit nihilominus heres permanet.
Is vero qui recepit heredi
tatem aliquando heredis aliquando
legatarii loco habebatur. Et
in Neronis quidem temporibus
Trebellio Maximo et Anneo
Seneca consulibus senatus
consultum factum est. quo cau
tum est ut si hereditas ex
fidei commissi causa restituta
sit. omnes actiones que iure
civili heredi in hereditatem
competerent ei et in eum da
rent cui ex fidei commisso
restituta est hereditas. Post quod
senatus consultum praetor uti
les actiones ei et in eum qui
recepit hereditatem quasi heredi
et in heredem dare cepit. Sed
quia heredes scripti cum aut to
tam hereditatem aut pene
totam plerumque restituere
rogabantur adire hereditatem
ob nullum vel minimum lu
crum recusabant atque
ob id extinguebantur fidei
commissa. Postea Vespasiani

Omnes. imo non omnes [illegible]

[illegible gloss]

consulibus .i. existentibus. et lege falc. i. dic. sic per v. fal. desalcantur specialia legata ut ·s· de l. f. cum aut. et fi. ita et generale fid. q. defalcatur per pegasianum se. c. ut h. et non explicitum est iii. una de iure nature debita et debeatur filiis et filiabus et inferioribus et superioribus quibus dam transversalibus. ut C. de inof. tes. cum queritur et .i. penatibus que est hodie aucta pro numero liberorum. ut in aut. de triente et se. f. i. et h. debitum bonorum subsidium ut C. de inof. test.

commune sit. sed hec stipulatione non interposita omnia honora erant heredis rogati occasione cuius quam retinebat. ut j. e. § at si plus. Ergo. quia tunc demum locum habet se. c. pegasianum quando vel totam vel ultra dodrantem heres rogatus est restituere et c. pro rata ·s· e. q. § restituere. go. ut ibi.

universa onera. nisi stipulationem subditam interponi fecisset. ut ·s· e. § et post quod et hic subiicit

.to .i. si totam) alia est que debeatur iure institutionis. ut in singularibus legatis et fidic. habet locum. ut ·s· t. i. | alia que dicitur trebellianica ut j. e. § sed quia hec fuit per pegasianum inducta. ut hic. [illegible] est iiii. quartam que debetur ex constitutione divi pii filio arrogato. ut ·s· de adopt. § cum aut. [illegible] est et alia ut in aut. quibus mo. ef. s. § si quis igitur coll. xi. permissa est per se. c. pegasianum .s. ab herede non a legatario. ut j. t. i. § i. dicemus. post consultum .s. pegasianum. sustinebat omnia

Augusti temporibus Pegaso et Pusione consulibus senatus censuit, ut ei qui rogatus esset hereditatem restituere proinde liceret partem quartam retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. ¶ Ex singulis quoque rebus, que per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Post quod senatusconsultum ipse heres onera hereditaria sustinebat: ille autem, qui ex fideicommisso recepit partem hereditatis, legatarii partiarii loco erat, id est eius legatarii cui pars bonorum legabatur. Que species legati partitio vocabatur, quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem. Unde que solebant stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eedem interponebantur inter eum qui ex fideicommisso recepit hereditatem et heredem, id est ut et lucrum et dampnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit. ¶ Ergo si quidem non plusquam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tunc ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur hereditas, et in utrumque actiones hereditarie pro rata parte dabantur: in heredem quidem iure civili, in eum vero qui recipiebat hereditatem ex senatusconsulto Trebelliano tamquam in heredem. ¶ At si plusquam dodrantem vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, locus erat Pegasiano senatusconsulto, et heres qui semel adierit hereditatem, si modo sua voluntate adierit, sive retinuerit quartam partem sive noluerit retinere, ipse universa onera hereditaria sustinebat. Sed quarta quidem retenta quasi partis et pro parte stipulationes interponebantur tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si vero totam hereditatem restituerit, emptae et venditae hereditatis stipulationes interponebantur.

Solebant autem vetustissimo iure per nam legatarii non retinebat omnia et ideo hec stipulatio non interveniebat. al. interponebatur. sed cum hodie legata fideicommissis sint exequata. ut ·s· de l. f. § i. et in fideicommissis dividuntur omnia inter heredem et fideicommissarium. ut j. § pe. et § ex. sed que stipulationes per se et legata universalia sine stipulatione dicit cessare cum honere transit ad hunc. § de l. f. et l. si quis tuus. § si. et l. sequitur.

restituit sponte nam poterit iiii. retinere per pegasianum. ut ·s· e. § post. interponebantur sic. [illegible] si creditores [illegible] .i. heredem. § si ac.

Debita quarta datur natis in rebus eorum. C. de inof. t. cum queritur.
Restituendorum retinet quarta bonorum. C. ad trebell.
Et per falcidiam fiat detractio quarte. C. ad l. falc.
Sic fit per iiii. dum pereunt impubes. ut de adop. impub. § et aut.
Uxor inops locuplete viro fit comoda quarte.
Si moriatur fiet iiii. dans officiati. C. de ep. et c. aut. sed neque
Atque repulsa viro iiii. fert uxor in os. C. de repu. [illegible]

Quarta restituat moriens sine prole rogatus. C. ad trebell. aut.
Mater vix nupte veniet ad commoda nati. C. de [illegible] impube.
Fiscus habet quartam si decurio moriatur
Hanc condempnatis tribuit lex iulia natis. C. ad l. iul.
Fili fit iiii. quinta genitrice vocatur. ut C. de [illegible]
Sine testificatus suo [illegible] quarta paret.

.i. si non stipularetur non interponebat hec aliter quod honera hereditaria sustineret

.i. heres fideicommissario

de stipulatione qua omnia onera hereditaria qui fideicommissarium

et si stipulatio non esset necessaria aliter ex hereditaria enim heres ex hoc [illegible] occasione [illegible] retineret

Sed si damnosam. licet enim non assignet quare di-
cat damnosam, videtur quod debeat sequi [illegible] non
potest recusare quia variae sunt hominum volun-
tates. ut ff. ad Treb. [illegible] quo casu ut
per Trebellianum restituat, vel per Pegasianum [illegible]
[illegible] adire. Si vero non cogatur sed
sponte restituit, ut § e. Si vero totam. utroque s.
Trebelliano. quia non retinebat Pegasiano quia cogebatur et ideo quo ad summam commodi quo ad ista non concurrunt, cum alio casu in alio loquatur.

tis stipulationes interponeban-
tur. sed si recuset scriptus
heres adire hereditatem ob id
quod dicat eam sibi suspectam
esse quasi damnosam, cavetur
Pegasiano senatusconsulto, ut
desiderante eo cui restituere
rogatus est, iussu praetoris
adeat et restituat heredita-
tem, perindeque ei et in eum qui
recepit hereditatem actiones
dentur, ac si iuris est ex Tre-
belliano senatusconsulto. quo
casu nullis stipulationibus opus
est, quia simul et huic qui re-
stituit securitas datur, et
actiones hereditariae ei et in
eum transferuntur qui recepit
hereditatem, utroque senatus-
consulto in hac specie concurren-
te. ¶ Sed quia stipulationes ex
senatusconsulto Pegasiano
descendentes et ipsi antiqui-
tati displicuerunt et quibusdam
casibus captiosas eas homo
excelsi ingenii Papinianus
appellat, et nobis in legi-
bus magis simplicitas quam
difficultas placet, ideo omnibus
nobis suggestis tam similitu-
dinibus quam differentiis u-
triusque senatusconsulti, placuit
exploso senatusconsulto Pe-
gasiano quod postea supervenit,
omnem auctoritatem Trebelliano sena-
tusconsulto praestare, ut
ex eo fideicommissariae he-
reditates restituantur, sive
habeat heres ex voluntate
testatoris quartam sive
plus sive minus sive penitus
nihil, ut tunc, quando vel nihil vel mi-
nus quarta apud eum rema-
neat, liceat ei vel quartam vel
quod deest ex nostra auctoritate reti-
nere vel repetere solutum,
quasi ex Trebelliano senatus-
consulto pro rata portione ac-
tionibus tam in heredem quam
in fideicommissarium competen-
tibus. ¶ Si vero totam he-
reditatem sponte restituerit,
omnes hereditariae actiones
fideicommissario et adversus
eum competunt. sed et id quod
praecipuum Pegasiani senatus-
consulti fuerat, ut quando recusabat
heres scriptus sibi datam heredi-
tatem adire, necessitas ei im-
poneretur totam hereditatem

Quarta. eo bonis hereditariis deducto aere alieno. ut alieno
ut ff. e. l. [illegible] et si sic scriptum heres [illegible] voluntate defunc-
ti iure isto. ut C. ad l. Falc. l. si ut allegatis. hodie [illegible]
quosdam. ut in auth. de her. et Falc. § [illegible] expensum.
[illegible] sed non ut [illegible] ut C. ad l. Falc. l. [illegible]
accidentibus. sed creditorum non legatorum [illegible] ut ff. e. l. [illegible]
[illegible] apud [illegible] et legatariis [illegible] est enim legatarius fideicommissarius
portio non sufficiat: sic
ut ff. [illegible] ut ff. ad Treb.
l. [illegible] qui [illegible]
[illegible] C. e. l. [illegible]
[illegible] distinc-
tionem [illegible]. Si vero
restituit. quod restituam
sic [illegible] ut
si [illegible] vel here-
ditatem a fideicommissario possidi-
[illegible] exceptio
[illegible] ut
testator
hereditas.
verbo autem
sic testi-
tuo tibi
hereditatem
[illegible]
possessione
rerum non
tradam et
[illegible]
fideicommissariu
in utroque
casu. ut ff.
ad Trebell.
[illegible] sed
numquid
et an [illegible] restitutionem
[illegible] ut C. [illegible]
[illegible] non
qui ante restitutionem omnia
[illegible] heres et [illegible]
[illegible] hereditarium
[illegible] non [illegible]
[illegible] ut ff. ad Trebell.
l. Marcell. § [illegible]

Sed dicitur [illegible] stipulationum ex se. c. Pegasiano [illegible] [illegible] solemnitatem [illegible] ut [illegible] quia [illegible] erat non erat solvendo

Hic incipit recitare de Pegasiano

[illegible] stipulationes [illegible] captiosas [illegible] Simplicitas. non simplicitatem [illegible] legibus [illegible] § de leg. [illegible] suggestis. id est non quia allegationes sunt [illegible] in summa: quia prius fuit Trebellianum.

[illegible] heres institutus [illegible] si heres non obstat [illegible] fideicommissario [illegible] quo hereditas est restituta [illegible] hereditatem restitutam dicitur fideicommissario [illegible] rei vendicatio. ac.

Ex senatusconsulto Pegasiano [illegible] stipulationes [illegible] heres adire hereditatem cogatur [illegible] hereditatis pro rata [illegible] [illegible] restitutionem [illegible] Trebellianum omnem auctoritatem [illegible] in Pegasiano [illegible] Trebelliano transfertur.

Compescuit. quia pro omnia est ut habet ut ff. q. cum eo si filium § si ac si fuerat ut s. e. § sed si recusset apud heredem cum et tacebit de fidei. prestando eum in dempnum suum occasione hereditatis ut ff. ad treb. l. cum hereditas. et est pro parte tus hic excep. ut ff. ad tre. l. i. § quamquam sed tacito de quo hic dicitur quaestio fuit

Remanet. fuerit. C. de hered. inst. l. quotiens. at

altero actiones. s. creditorum non legatorum quod dicit ut s. e. § sed quarta in fi.

nolenti fidei commissario restituere. et omnes ad eum transeunt actiones. et si tempore [?] ad senatusconsultum Trebellianum ut ex hoc solo et necessitas heredi imponitur si ipso nolente adire fideicommissarius desiderat restitui sibi hereditatem. nullo sibi dampno vel commodo apud heredem permanente. Nichil autem interest utrum aliquis ex asse institutus heres aut totam hereditatem aut pro parte restituere rogatus. aut ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partem partis restituere rogatur. nam in hoc casu eadem observari precipimus que in totius hereditatis restitutione diximus. Si quis una aliqua re certa deducta sibi percepta que quartam continet velut fundo vel alia re rogatus sit restituere hereditatem. simili modo ex Trebelliano senatus consulto restitutio fiat. perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hereditatem restituere. Sed illud interest quod altero casu

id est cum deducta sive percepta aliqua re restituitur hereditas in solidum ex eo senatusconsulto actiones transferuntur et res que remanet apud heredem sine ullo onere hereditario apud eum remanet quasi ex legato ei adquisita. Altero vero casu id est cum quarta parte retenta rogatus est heres restituere hereditatem et restituit. scinduntur actiones et pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium. pro quadrante remanent apud heredem. Quin etiam licet una re deducta aut percepta restituere aliquis hereditatem rogatus est. qua in re maxima pars hereditatis continetur. eque in solidum transferuntur actiones. Et secum deliberare debet is cui restituitur hereditas an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interveniunt et si duabus pluribusve rebus deductis perceptisve restituere hereditatem rogatus sit. Sed et si certa summa pecunie deducta perceptave que quartam vel etiam maximam

Ex parte. scilicet iudicis postulante eo cui est restituenda hereditas. ita quota pars. non autem in singulare scilicet dicitur sic relictum. ut ff. ad trebell. l. nam neque § non omnis vel est postulante procuratore eius cui hic mandatum sed sufficit cautione de rato. ut ff. ad treb. l. quidam. § etiam.

Si quis autem. iiij. vel etiam maximas quarta sed tamen agitur ad supplementum ut ff. e. l. i. § si heres precepto fundo. in fi. Scilicet dixi. ut s. e. § sed quod supplet sed § [illegible] et non quod universitas in toto quam ad totum vel in parte quam ad partem. ut ff. de adquir. her. si [illegible] ff. de usur. [illegible] ff. de evic. ex mille.

Nota quod quod heredi rogatus est restituere certa re deducta omni onere hereditario liberatur hereditate restituta. sed si quarta pars retenta est pro hereditate restituenda est et bina hereditaria pro rata inter eos sunt dividenda

Hulls

II

Preterea rogare in codicillis. | restituat. ideo potest ab hac fideicommissario relinquere in sua potestate testamentum [illegible] hereditatem videtur. ut ff. de iure co. l. constitutionis § 1. | valeret. sed quo iure? secundum antiquo non ut ff. de v. l. l. sed non [illegible]

constitutionem. ut C. de fidei. l. fi. | liminus. ii. v. teneri codicillis necesse esse. ut C. de codicillis l. fi. § fi. et de fidei. l. fi. i. sed si non v. te. | ite. sed nunquid hodie corrigitur cum nulli deferatur iurando ut C. de iure iur. l. generaliter § sin autem. non.

partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere. totum iure suo.

Quae autem diximus de eo qui ex asse heres institutus sit, eadem transferimus et ad eum qui ex parte heres scriptus est.

Praeterea intestatus moriens potest rogare eum ad quem bona sua vel legitimo iure vel honorario pertinere intellegit, ut hereditatem suam totam vel partem eius aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam, alicui restituat: cum alioquin legata nisi ex testamento non valeant.

Eum quoque cui aliquid restituitur potest rogare, ut id rursus alii totum aut pro parte vel etiam aliud aliquid restituat.

Et quia prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent, et tam nomen quam substantiam acceperunt, et ideo divus Augustus ad necessitatem iuris ea detraxit, nuper et nos eundem principem superare contendentes ex facto quod Tribonianus vir excelsus

loquuntur et qui equiparata sunt legata fideicommissis. ut ff. de leg. i. l. ii. | ex testamento | et in quantum quis honoratur. et honorari potest. ut ff. de l. i. § si solum. sed nunquid tamen teneb[i]tur. ff. de l. i. § si solum. | nomen. non nomen consequuntur. ut ff. de don. § est et aliud. | detraxit. sed una sunt ff. de cum [illegible]

quaestorii sacri palatii suggessit, constitutionem fecimus, per quam disposuimus: si testator fidei heredis sui commisit ut vel hereditatem vel speciale fideicommissum restituat, et neque ex scriptura neque ex quinque testium numero, qui in fideicommissis legitimus esse noscitur, res possit manifestari, sed vel pauciores quam quinque vel nemo penitus testis intervenerit, tunc sive pater heredis sive alius quicumque sit qui fidem elegerit heredis et ab eo aliquid restitui voluerit, si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat negando rem ita esse subsecutam, si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cum prius ipse de calumnia iuraverit, necesse est eum heredem vel iusiurandum subire, quod nihil tale a testatore audivit, vel recusantem ad fideicommissi vel universitatis vel specialis solutionem coartari, ne depereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa.

ut C. de iure iur. l. generaliter § sin autem. non. contra hoc quod pro [illegible] ut C. de fide. l. fi. et iste est casus in quo compellitur quis iurare.

Iuravit. nam in omni causa erat iurandum hodie et in omnibus capitulis. ut C. de iure calump. l. i.

... et hodie sufficit semel iurare. ut in auth. de his qui ingredi. ad app. § fi. | coartari. non quod pro contumacia si iurare tamen damnetur. ut C. de iure cal. l. ii. § fi. ac.

eadem .i. ut compellatur iurare vel solvere. Et si negat. qui contrarius fuit non iurando. nunc qui iuravit et per sacramentum suum confessus vel et antequam iuret sed plus negaverat relictum ut in si he. c. docemus statim. Subtilitatem. quod est ut ex quo voluntatem non sollempnitas non valeant ea quae scripta sunt. ut c. de fidei. l. si vivus. ut c. de testa. quod non dubium quod illud cogendus. sed quoniam contradicere non sollempni voluntate. sic quod solvuntur inutiliter legata sic et utiliter quod esse non debet. ut c. de fideic. literas quae. quod. so. quidam dicunt quod ubi sollempniter testari voluit et non fecit: habeat locum lex quia. alias si noluit testari habet locum quod hic dicitur. ut ar. ff. de codicill. l. i. sed [illegible]

Inutiliter. facta. ff. de l. i. plane. quod si. et l. in verbo. et de l. ult. i. quod faciendo. et l. in quod ult. et si legatarius. sed quod in dicta lege plane. quod si cui. sed ibi sic est per legatarium quo tamen meliorem acciperet vel melior invenitur quod electio licet peiorem elegerit. ut infra de act. quod praeterea. Item ar. h. ff. de l. ii. impugnator. quod l. ibi [illegible] ... intellige quando in quantitate legatur alicui. ubi autem quantitas [illegible] et in specie [illegible] quo tamen tum videtur estimasse speciem suam legatarius accipiendo quantitatem ut ex ead. l. collig. [illegible]

Eadem observari censuimus et si a legatario vel fideicommissario aliquid sit relictum, sive quis a quo relictum dicitur confiteatur aut aliquid a se relictum esse sive ad legis subtilitatem decurrat. omnimodo tamen cogendus est solvere.

De singulis rebus per fideicommissum relictis.

Potest autem quis et singulas res per fideicommissum relinquere veluti fundum, hominem, vestem, argentum, pecuniam numeratam, et vel ipsum heredem rogare ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis a legatario legari non possit.

Potest autem non solum proprias testator res per fideicommissum relinquere, sed et heredis aut legatarii aut fideicommissarii aut cuiuslibet alterius. Itaque et legatarius et fideicommissarius non solum de ea re rogari potest ut eam alicui restituat quae ei relicta sit, sed et de alia, sive ipsius sive aliena sit. Hoc solum observandum est ne plus quisquam alicui restituere rogetur quam ipse ex testamento ceperit. Nam quod amplius est inutiliter relinquitur.

Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei qui rogatus est aut ipsam redimere et praestare aut aestimationem eius solvere.

Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, ut heres eum rogetur manumittere, vel legatarius vel fideicommissarius. Nec interest utrum de suo proprio servo testator roget an de eo qui ipsius heredis aut legatarii vel etiam extranei sit. Itaque et alienus servus redimi et manumitti debet. Quod si dominus eum non vendat, si tamen nihil ex iudicio eius qui reliquit libertatem perceperit, non statim extinguitur fideicommissaria libertas. Sed differtur, quia possit tempore procedente, ubicumque occasio redimendi servi fuerit, praestari libertas.

Qui autem ex causa fideicommissi manumittitur non testatoris fit libertus, etiam si testatoris servus sit, sed heredis...

[Gloss, left column:] [illegible] ... Post singulas. non solum quantitatem. ut s. e. t. i. vel legatarium. i. rogare ut aliquid alicui restituat. non potest aliquis qui omnes quoscumque modo habet legari [illegible] ... sed statim subdit. alterius. refert tamen. an leget rem extranei an heredis. primo tamen distinguitur. scilicet alienam vel credidit suam. ... ipsius. mei. i. legatarii.

[Gloss, right column:] [illegible] ... de ut hic et c. de fideic. lib. debi. et l. si rem donatam. c. ad l. fal. sicut cuius dominium. Recepit. i. dominium. vel dicitur quod dicitur non auctum sic ff. de iud. l. cum fundus. ar. quod ff. de nov. i. senatus. quod si. et ff. de usufruc. si usufruc. Item non quod inspicitur quod evenit post. sic ff. de iud. c. iud. i. sno.

[Marginal notes, lower left:] quod ipse onero heredes meos [illegible]

[Marginal note, foot of page:] Si quis rogatus est relinquere plus quam ei legatum est [illegible]

II.

Qui manumittitur. i. heredis vel legatarii vel fidei. Et orcinus. sic dictus ab orco. i. manumissus ab eo qui iam ad orcum. i. infernum. vel ab orco quod est tercium uel orcinum. vel directe manumissus. vel ab orco quod est capio. nam et tunc dicitur orcinus quia tunc capitur et manumissus in testamento in quo multa sunt. testamento. non expectata manumissione ab alio facienda. testo. vel et codicillis testamento confirmatis. ut ff. de manu. t. l. libertates. congesta. quod peteret hereditate adita ab uno ex pluribus heredibus. ut ff. de ma. t. l. testamento.

non debebat. quia legata non debebantur. nisi ex testamento aliquo antiquo iure ut diximus. s. t. ii. §. preterea. ac non possit. propter potentiam suam. vel quia non habet tot testes. quod testamento conficiendo sufficiant secus si propter impotentiam iuris. ut ff. e. divus. §. codicillus quod est. § et probatur h. ff. e. l. confirmant. §. codicill.

Verba maxime: ideo hoc dicit. quia quibuscumque verbis dici possit relinqui ut. s. de le. in prin. sed distinctio sui precarius. uti. C. communia de le. omne verbum et fac. ff. ad trebell. l. scevola.

De iure codicillorum. quia testamentorum accidentia dantur sunt. nunc de codicillis. i. de parvula vel minima scripta voluntate. nam ideo codicilli dicuntur quia in breviori cartula vel codice quam testamentum fiebant et solitum quidam fideicommissa in eis relinquebantur et tales sunt ad testamentum qualis est scapha ad navem. Sed numquid sed hoc possunt si sine scriptura quidam dicunt quod non. sed tamen et sine scriptura habere si licet. cum forte olim tantum in scriptis fierent. ut C. de bon. lib. l. si in prin.

confirmatos. hic non ex quattuor modis codicilli confirmantur. aut in futurum confirmant. vel in testamento prefato in quo dictum est quicquid dixero in codicillis vale volo. et postea codicilli facti sunt. aut in preteritum. vel in codicilli post facti testamento facto postea confirmati. confirmati sunt. et hi duo casus sunt e. e. sive introducto facto fuit cum testamento. quarto cum testator dicit quod testamentum implere nequivit. et adiecit ut tamen codicillos haberet. ut C. e. l. si. §. illud plane. i. ut ille et quarto sine testamento s. ab intestato. ut ff. e. confirmant. et j. e. §. non tantum. et C. e. l. non teneo. hic autem non tamen ut confirmanti. et al. per augusto tamen aliquid relinquatur.

qui manumittitur. Et is qui directo testamento liber esse iubetur ipsius testatoris fit libertus, qui etiam orcinus appellatur. Nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris fuerit, et quo faceret testamentum, et quo moreretur. Directo autem libertas tunc dari intelligitur, cum non ab alio servum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere vult. Verba autem fideicommissorum haec maxime in usu habentur: peto, rogo, volo, mando, fidei tuae committo. Quae perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

De codicillis.

Ante Augusti tempora constat ius codicillorum in usu non fuisse, sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa coeperunt, codicillos introduxit. Nam cum decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum ut faceret aliquid. Et cum divus Augustus voluntatem eius implesset, deinceps reliqui auctoritatem eius secuti fideicommissa praestabant. Et filia Lentuli legata quae iure non debebat solvit. Dicitur autem Augustus convocasse prudentes, inter quos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, et quaesisse an possit hoc recipi, nec absonans a iuris ratione codicillorum usus esset. Et Trebatium suasisse Augusto, quod diceret utilissimum et necessarium hoc civibus esse propter magnas et longas peregrinationes quae apud veteres fuissent, ubi si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Post quae tempora, cum et Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium erat quin codicilli iure optimo admitterentur. Non tantum autem testamento facto potest quis codicillos facere, sed et intestatus quis decedens fideicommittere in codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum codicilli facti erant, Papinianus ait non aliter

... iures habere. quam si tacita uoluntate postea confirmet. Sed diuus Severus et Antoninus rescripserunt ex his codicillis qui testamentum precedunt posse fideicommissum peti si appareat eum qui postea testamentum fecerat a uoluntate quam in codicillis expresserat non recessisse. Codicillis autem hereditas dari neque adimi potest ne confundatur ius testamentorum et codicillorum et ideo nec exheredatio scribi. Directo autem hereditas codicillis neque dari neque adimi potest. Nam per fideicommissum hereditas codicillis iure relinquitur. Nec condicionem heredi instituto in codicillis adicere neque substituere directo potest. Codicillos autem et plures quis facere potest et nullam sollempnitatem ordinationis desiderant.

De successionibus que ab intestato deferuntur.

INTESTATUS decedit qui aut omnino non fecit testamentum aut non iure testamentum fecit aut id quod fecerat ruptum irritumve factum est aut si nemo ex eo heres extiterit. Intestatorum autem hereditates ex lege XII tabularum primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes existimantur ut et supra diximus qui in potestate morientis fuerunt, ueluti filius filia, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote ex filio nato prognatus prognatave. Nec interest utrum naturales sunt liberi an adoptiui. Quibus connumerari necesse est et eos qui ex iustis quidem matrimoniis non sunt progeniti ...

Curie. erat enim curia sive corpus in qualibet civitate que curia indigebat officialibus ut negotia expedirent ut in aut. de decur. coll. v. nulla. in si. unde quicumque volebat naturalem filium suum dare illi curie ut per semet se filius post mortem patris offerre non obstantibus legitimis [illegible] in testamento dicitur legitimus fiebat. ut in aut. quibus modis na. ef. sui. § [illegible] si quis [illegible] sic fit remissio peccatorum que vadunt ultra mare. | Secundum divalium. i. principum s. Theodosii et Valentiniani ut C. de na. li. l. si quis et l. quicumque. | constitutiones | non eos s. necte ab initio maritali more suos. | constitutiones C. de na. li. l. cum quis et nup. | sustulerit. i. habuit. | Instrumenta. in quibus continentur [illegible] tantum [illegible] esse [illegible] dotem tantum esse que instrumenta dotalia vel nuptialia dicuntur et in hiis duobus dicitur p. s. sine scriptura et dote non valere matrimonium quod lex presumit de hiis dicitur tamen [illegible] nup. nos dicimus valere matrimonium C. de nup. si viciniis et in aut. de nup. § nuptias. sed non sunt liberi legitimi ut in aut. de fem. et se. § f. | prestiterunt. s. primi. nam et ob hoc retinent quidam prius concubinam ut experiantur an ex hiis possint filios habere ut postea eas acciperent in uxores vel repellebant quod in uxore prohibitum est. ut in aut. quibus mo. na. ef. le. § quum. | censuimus. quod dicit non solum si nascantur prius et vivant tamen primus sui non nascantur aliqui sui et nascantur et moriantur ut C. de na. li. l. nup. et non quod si et liberos habeat ex uxore quadam tamen hoc valet et si ex libera sive ex libertina sive [illegible] quam postea manumisit hoc servatur. ut in aut. de nup. § fi. et in aut. de decu. et se. § fi. et in aut. de fi. an. do. instrumentis ac.

nati. curiae tamen civitatum
dati secundum divalium con
stitutionum quae super his positae
sunt tenorem suorum heredum
iura nanciscuntur. Praeterea
eos quos nunc amplexi sumus
constitutiones per quas sancimus
si quis mulierem in suo con
tubernio copulaverit non ab
initio affectione marita
li, eam tamen cum qua poterat
habere coniugium, et ex ea li
beros sustulerit. Postea vero affec
tione procedente etiam nuptia
lia instrumenta cum ea fecerit
filiosque vel filias habuerit, non
solum eos liberos qui post
dotem editi sunt iustos
et in potestate patris esse, sed et
anteriores qui et his qui postea
nati sunt occasionem legi
timi nominis praestiterunt:
quod optinere censuimus
et si non progeniti fuerint
post dotale instrumentum confec
tum liberi vel etiam nati ab hac
luce subtracti fuerint. Ita
demum tamen nepos neptis
ve, pronepos proneptisve
suorum heredum numero sunt,

Si praecedens persona desierit in
potestate parentis esse, sive mor
te id acciderit sive alia ratione
veluti emancipatione. Nam
si per id tempus quo quis mo
reretur filius in potestate eius
sit, nepos ex eo suus heres
esse non potest. Idque et in
ceteris deinceps liberorum personis
dictum intelligimus. Post
humi quoque qui si vivo
parente nati essent in potesta
te eius futuri forent, sui
heredes sunt. Sui autem igno
rantes fiunt heredes, licet
furiosi sint heredes possunt
existere: quia quibus ex causis
ignorantibus adquiritur
nobis, ex his causis et furio
sis adquiri potest. Et statim
morte parentis quasi conti
nuatur dominium, et ideo nec tu
toris auctoritate opus est in
pupillis, cum etiam ignoran
tibus adquiritur suis heredibus
hereditas: nec curatoris con
sensu adquiritur furioso sed
ipso iure. Interdum autem
licet in potestate mortis tempo
re suus heres non fuerit, tamen

Desierit. sed numquid precedit nepotem ex alio filio ex uno gradu ut j. de gra. cog. § i. gradu. et § [illegible] et tamen non excludit ut j. e. § cum filius. et. non videtur precedere cum sui patris locum optineat ut j. | emancipatione. vel capitis di. sive cum captivitatem ut s. quibus modis ius pa. sol. § si ab hostibus. ff. e. t. l. § si filius. | nam si per id tempus. j. e. § § cum autem quis in pri. [illegible] ut j. t. i. § proximus. | quis mo. auus eius s. auo. personis. cum omnes ubi appellentur licet post tempore tempore ipse ut ff. de gra. l. iur. [illegible] § parentes. et ff. de b. sig. l. liberorum. | postumi heredes. cum habeantur pro natis quotiens de eorum commodo queritur ut ff. de sta. ho. qui in utero. et non quod postumi proprie dicitur post humatio nem patris natus. et dicitur etiam ipse ille qui post testamentum nascitur. ut ff. de iniu. rup. test. l. iii. § i. | Ignorantes. et etiam statim nunquam licet unde proprio abstinere possunt. ut s. de her. qual. et dif. et ff. si quis [illegible] ca. t. l. i. § qui sunt. | heredes. i. sui et non per curatorem sed quidam ut C. de cur. fur. l. fi. § talis. | adquiritur. sic ff. de acq. et ob. [illegible] a furioso. ff. si certum [illegible] a furioso [illegible].

Continuatur. hoc ideo quia secundum leges dicitur ipse continuatione si dominium est incorporale hanc reprobat quia et possessio est incorporalis tamen una cum alia continuatur ut ff. de adquir. pos. l. possessio. § [illegible] et § [illegible] et § [illegible] ex legatis et § [illegible] dicit quod ipse sit continuatione quia unde diversa sunt eadem sed dicitur sed et pater et filius unum fictione iuris.

Interdum. sic ff. e. t. l. § interdum. ac. | Suus. ff. de testamentis l. lex cornelia in fine contra solutio ibi non fuit re nerius sed hic sic.

sunt. ut C. de imp. et al. sub. l. fi. | In pupillis. et l. i. scilicet est hereditas ex [illegible] et non patris auctoritas tutoris et pupilli actus [illegible] si sit infans quo tamen sufficiat tutor ut C. de iur. delib. l. potuit et l. si infanti § pende. ut ff. de tu. et ra. di. l. impubi.

postliminii: quia fingit eum semper in civitate esse, ut Inst. quibus modis ius patriae potestatis solvitur § si ab hostibus. | post mortem: non quaedam delicta transeunt ad heredes et ut non quaerat ... ut lege Iulia maiestatis in duobus casibus, cum contra principem vel rem publicam fuit molitus, alias non, ut ff. ad l. Iul. maiest. l. fi. et in his duobus casibus hoc casu locum habet. Item de residuis et peculatus et repetundarum, ut ff. ad l. Iul. repet. l. fi. Item apostatarum, ut C. de apostat. l. ii. et l. apostatarum. In fi. quaedam etiam non transeunt, ut omnia alia publica, ut C. de acc. l. in decorum. Alia quaedam transeunt, alia non, ut omnia privata delicta, ut ff. de delic. l. i. et C. de pig. et ib. act. § non autem. perduellionis: ideo dicitur perduelliones quia per duellum fiebat crimen, si aliquis crimina ista committebat, quia ad interitum principis vel rei publicae fuerit molitus contra suum principem, et potest dici hoc defendi quia et suum iniuriam videt posse et debere pugnare, ar. ff. ad l. Aquil. qua actione § si cum in collic. et ff. de rei vind. l. quemadmodum et ff. de in fami. arc. et C. de achlar. l. i. et C. quae res pign. obl. poss. et ff. de dot. l. donat. in fine. Item in legibus antiquis de bello pugilla quae non fieret nisi de iure esset, vel dic perduellium, id est hostes, crimina, nam hostes dicuntur, ut ff. de verb. sign. hostes. memoria: nam ipse cum sic mortuus sit, potest damnari non a se, ut ff. quod cum eo qui in al. pot. l. i.

sunt heredes proprii efficiuntur, ve-
luti si ab hostibus quis re-
versus fuerit post mortem patris.
Ius enim postliminii hoc facit.
Per contrarium autem evenit, ut
licet quis in familia de-
functi sit mortis tempore,
tamen suus heres non fiat, ve-
luti si post mortem suam pater
iudicatus fuerit perduel-
lionis reus, ac per hoc me-
moria eius damnata fuerit:
suum enim heredem habere non potest,
cum fiscus ei succedit. Sed
potest dici ipso iure esse suum
heredem, sed desinere esse. Cum filius
filiave non extat, et ex altero
filio nepos neptisve extant,
pariter ad hereditatem vocantur.
Nec qui gradu proximior
est ulteriorem excludit.
Aequum enim esse videtur nepo-
tes neptesve in patris sui
locum succedere. Pari ratione
et si nepos neptisve ex
filio et ex altero nepote pro-
nepos proneptisve sint, simul
vocantur. Et quia placuit ne-
potes neptes et pronepotes
et proneptes in parentis sui

locum succedere, conveniens
esse visum est non in capi-
ta sed in stirpes hereditatem
dividi, ut filius partem di-
midiam hereditatis habeat
et ex altero filio duo pluresve
nepotes alteram dimi-
diam. Item si ex duobus
filiis nepotes extant, et
ex altero forte unus aut duo,
ex altero tres vel quattuor, ad
unum aut ad duos dimi-
dia pars pertinet, ad tres
vel ad quattuor altera dimi-
dia. Cum autem quaeritur
an quis suus heres existere
potest, eo tempore quaerendum est
quo certum est aliquem sine
testamento decessisse. Quod accidit
et destituto testamento. Hac ratione
si filius exheredatus fuerit et
extraneus heres institutus, et
filio mortuo postea certum
fuerit heredem institutum
ex testamento non fieri heredem, aut
quia noluit esse heres, aut quia
non potuit: nepos avo suus
heres existet, quia quo tempore
certum est intestatum deces-
sisse patremfamilias, solus in-

damnata: hic casus ubi praesumitur quod impium licet fecisse et ideo bona in fiscum inferri, unde per hoc memoria damnatur et infamia quadam defunctus afficitur, ut Inst. quibus modis ius patriae pot. sol. § i. et ex tempore commissi delicti alienationes ab eo factae non valebunt, ut C. ad l. Iul. maiest. l. post. et ff. de dona. l. donationes. potest dici: scilicet illius delicti scientia, nam non facit ipso iure desinere heredem esse suum esse tale delictum. cum filius filio: secus si ex filia, ut Inst. eod. § item vetustas et Inst. eod. ... sic et in

In stirpes: Inst. eod. § hoc et addendum ... ubi ex altero, ut Inst. eod. § ... et ff. de inof. test. l. pap. § proinde, si ex uno filius ... nepotes. filius praemortuus ex altero nepote. | Cum autem eo diligenter notato qui sunt sui heredes, nunc notandum quo tempore quaerendum est qui suus sit. Et continet sextum modum, ut Inst. eod. § ... diximus. accidit: scilicet non videtur sine testamento decessisse. mortuo: scilicet ex post facto. non potuit: morte praeventus, ut Inst. eod. § natura... solus: scilicet suus heres extitit: scilicet nepote suum esse cum illis praecedat, ut Inst. eod. § i.

quod autem qui modo natus est suus ... vocantur: id est si postea non ... vocantur, ut ff. de quaest. l. ... non est ... quia ibi praecedit filius qui parentis loco ... ad nepotem, ut Inst. eod. § ... ac.

mortuo. Antiquitus adeatur ex testamento hereditas vi... astat non transmittitur ad filium nisi mors ... immo et ea adita non transmittebatur. sed hodie contra ut C. de ... t. l. si quis filium in si ... testamento. vel ab herede qui non vult adire. tetigit. non ei fuit proximus natus ei quo vivo nondum animal erat. ut ff. unde cognati l. i. § si quis proximus. sed tu quid hodie pro aut succedit de heredibus ab intestato § i. p. dix. ... sic ex naturali causa tantum spectatur. Jo. ... ex nec de iure pretorio quo tamen naturalis inspiciebatur admittebatur ut sequitur. ut ... e. ... emancipati. ff. de sui. et le. l. titius. et l. ult.

heredibus. i. cum aliis filiis qui remanserint in potestate pro parte dimidia. ut ff. de b. ... l. ... filiorum § ... portionis arbitri emancipati. s. vocantur emancipati sed non omnis ut hic sequitur ac ... adoptionem. vel arrogationem non admittuntur. ff. de ... l. iii. § si quis filio ... ibi non ... adoptivo secundum Jo. sed ... distingue an detur extraneo vel an detur in adoptione nepos ex filio emancipato patri eiusdem. et ibi ar. ff. de adop. § ... hodie ... adop. l. ... § si quid ... est ... illud intellige ut ... e. § admonendi. cum is s. pater naturalis fuit. ut s. de exheredatione li. § emancipato. vivo eo. s. emancipato naturali patre. ab ipso s. patre naturali.

venit nepos vel neptis. et tamen quia
vivo avo post mortem avi
sui natus sit, tamen vivo
avo conceptus est, mortuo
patre eius posteaque deserto
avi testamento suus heres efficitur.
plane si et conceptus et natus
fuit post mortem avi, mor-
tuo patre suo desertoque avi
testamento, suus heres avo non
existit, quia nullo iure cog-
nationis patrem sui patris
tetigit. Sic nec ille est inter
liberos avo quem filius eman-
cipatus adoptaverat. Hi
autem cum non sint sui quan-
tum ad hereditatem liberi, tamen
bonorum possessionem petere possunt
ex edicto qua proximi cognati. hoc de suis
heredibus sufficiant. Ema-
ncipati autem liberi iure civili
nichil iuris habent. neque enim sui
heredes sunt quia in potestate
esse desierunt parentis, neque ul-
lo alio iure per legem .xii.
ta. vocantur. Sed praetor aequi-
tate motus dat eis bonorum
possessionem unde liberi perinde ac
si in potestate parentis mortis
tempore fuissent, sive soli sint
que liberi. si non cum is moreretur
in adoptiva familia fuissent
nam vivo eo emancipa-

sive cum suis heredibus concur-
rant. Itaque duobus liberis ex-
tantibus, uno emancipa-
to et eo qui mortis tempore in
potestate fuit, Sane quidem
is qui in potestate fuit sol-
us iure civili heres est, id est sol-
us suus heres est. Sed cum ema-
ncipatus beneficio praetoris in partem
admittitur, evenit ut suus
heres pro parte fiat heres.
At hi qui emancipati a
parente in adoptionem se dederunt
non admittuntur ad bona
naturalis patris, ac si non ema-
ncipati ab ipso essent nec umquam
in adoptiva familia fuis-
sent. et convenienter quod ad ad-
optivum patrem pertinet, ex-
traneorum loco esse incipiunt.
Post mortem vero naturalis
patris emancipati ab adop-
tivo patre et quantum ad hunc ex-
traneorum loco esse incipiunt et
quantum ad naturalis patris
bona pertinet nichilo magis
liberorum gradum nanciscuntur.
Quod ideo sic placuit quia iniquum
erat in potestate esse patris ad-
optivi ad quos bona naturalis
ti ab adoptivo patre
perinde admittuntur ad
bona naturalis patris

cognati. tamen ... agnati ... agnatus ... proximiores ... cognitio ... non quod ... hodie ... agnatos ... vocantur ut ... in. sic. ut ff. ... e. l. i. in fi. Jo. ... ex ... l. de ... tu postea loquitur: sed si postea concipiuntur et nascantur ... ff. de inof. rup. t. l. si quis filio ... non fuisse emancipati quia bonorum ... ut s. de ... quia ... § ... nullo iure. sed neque ... ipsi patri ... agnati quos vocat lex. ... ta. ... ipsi ... ut ... e. ... i. ... soli sint s. emancipati.

extraneorum. s. autem morte patris adoptivi ... et cum ... durat agnatio ... i. inter adoptivum et naturalem filium adoptivi non emancipati ut i. succedant ut ff. de gradibus cogn. non facile. § cognationis. ... adop. l. ... et ipsi adoptivo patri succedent ut ... e. § sed ea ac.

adoptivi post emancipationem non ... ut s. e. §. sed nec interest.

Eius. s. naturalis patris. ad cognatos. nam si non emancipatus cum esset filius non succedunt naturali patri et ita agnati succedunt filii. ut s. proximo § et sic in eius potestate ad quem bona naturalis patris pertinerent quod erat absurdum et contra regulam iuris. ut ff. de reg. iur. l. iura sanguinis. minus ergo. quia liberi emancipati iure praetorio vocantur sed adoptivi non. ut s. proximo § ergo tantum liberi et liberi emancipati ab adoptivo patre. adiuvantur. uel sine de suis ut c. de excus. l. ii. § adoptivi.

Vel. i. emancipato quod de iure civili est. ut ff. de reg. iur. civilis ratio. non perimere. s. de legi. tu. agn. in fi. sic ff. de reg. iur. nulla eis. Vero emancipati ab adoptivo patre et post mortem sui patris. ut s. § post mortem. eadem observantur in bo. si. pos. unde li. et contra ta. bo. pos. tenentur. Instituti. huius non instituti non datur. si bo. pos. dat. non praeteritus rumpat testamentum et hunc ipsam aptio. et hoc est quod dicitur non praeteritus committatur. ut ff. de contra ta. l. iii. § si quis ex liberis. si autem praeteritus nolit. postquam sentit agnovit et institutus habet contra tabulas. ff. ta. l. in loco. f. ta. quod est mirabile non expectato praeteritum. ut ff. de contra ta. si post. § f. et contra praeterendo non tenetur. ac.

patri pertinerent. utrum ad liberos eius an ad agnatos. Minus ergo iuris habent adoptivi quam naturales. Namque naturales emancipati beneficio praetoris gradum liberorum retinent licet a praetore iure civili perdant. Adoptivi vero emancipati et iure civili perdunt gradum liberorum et a praetore non adiuvantur et recte. Naturalia enim iura civilis ratio non potest perimere. nec quia desinunt sui heredes esse desinere possunt filii filiae vel nepotes aut neptes esse. Adoptivi vero emancipati extraneorum loco incipiunt esse quia ius nomenque filii filiaeve quod per adoptionem consecuti sunt alia civili ratione id est emancipatione perdunt. Eadem haec observantur et in ea bonorum possessione quam contra tabulas testamenti parentis liberis praeteritis id est neque heredibus institutis neque ut oportet exheredatis praetor pollicetur. Nam eos qui in potestate parentis mortis tempore fuerunt et emancipatos vocat praetor ad eandem bonorum possessionem. Eos vero qui in adoptiva familia fuerunt per hoc tempus quo naturalis parens moreretur repellit. Item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre sicut ab intestato ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona eius non admittit quia desinunt liberorum esse. Admonendi sumus tamen eos qui in adoptiva familia sunt quive post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint intestato parente naturali mortuo licet ea parte edicti qua liberi ad bonorum possessionem vocantur non admittantur alia tamen parte vocari id est qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur si neque sui heredes liberi neque emancipati obstent neque agnatus quidem ullus interveniat. Ante enim liberos praetor vocat tam suos heredes quam emancipatos deinde legitimos heredes deinde proximos cognatos. Sed ea omnia antiquitati placue-

repellit. s. praetor. non sunt instituti et sic committatur edictum. ut ff. de contra ta. l. non putavit. § in adoptione et § non autem. Item contra ff. de contra ta. l. iii. § si quis filio. Item ut s. e. § acthii. admonendi. licet hos duos qui sequuntur non admiserit de iure civili. ut s. e. § acthii. et emancipati qui sunt sui per praetorem. ut s. e. § acthii. emancipati. ad bo. pos. unde libe-

legitimos. i. agnatos. ut j. t. i. § .

Oportet. s. masculi nec nominati feminae et eos ceteros. ut s. de exhered. li. § i. exheredatis. cum inadvertenter praeterito pro exheredatione habetur. cessat. l. contra ta. bo. pos. ut ff. de contra ta. l. illud. § ad testamenta. In potestate. emancipatis concurrentibus edictum s. nos. ar. s. e. ut ff. de contra ta. l. iii. § si quis ex li. sed. Io. contra. Nam nullum dicere possunt contra ta. suo iure habent. ut ff. de r. pe. si duo. et c. de li. p. l. maximum.

proximos. sic ff. si ta. t. i. l. si ff. a. dis. or. i. bo. pos. sec. l. i.

Sed ea omnia. quae s. e. § acthii dicta sunt et s. in primo § ac.

aliq̄ q. d. quam correximus quam retinuimus. constitutione. C. de adop. l. pe. § nonnullos. Et aliquos. neutrius. ut s. e. § adhuc. vocabantur. h idem videtur contingere in casu quem ponimus. J. e. § nostra autem ut C. de adop. l. pe. § si h. Et dic quia licet adoptans teneretur ei relinquere quartam ut filio arrogato ut j. e. § nostra ubi quod ad ea. quantum. s. praedictam. permansisset. Et nunquid permansit. non. immo permansit ut s. de adop. § sed hodie. Et h dixit referendo se ad factum q. d. acsi de iure et de facto in eius familia permansisset.

tantummodo. nunquid eum in ius vocabat sine venia. Jo. nunquid aliunde filio dare teneretur. non. per hanc litteram et s. de adop. § sed hodie. p. dixit quia ab intestato. similiter cum aliis naturalibus ut C. de suis le. l. si ut non tamen succedit aliis liberis consanguineis sui patris adoptivi ut C. de adop. l. pe. § si quid i. f.

...runt. Aliquid autem emendationis a nostra constitutione acceperunt, quam super his personis posuimus, quae a patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii et successionem parentum suorum propter adoptionem amittebant et adoptione facile per emancipationem soluta ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes constitutionem scripsimus, per quam definivimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia iura ita servari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuerit subsecuta: nisi in hoc tantummodo casu, ut possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem ab eo facto neque iure civili neque praetorio aliquid ex hereditate eius persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessionem agnita neque inofficiosi querella instituta, cum nec necessitas patri adoptivo imponitur vel heredem eum instituere vel exheredatum eum facere utpote nullo naturali vinculo copulatum: neque si ex Sabiniano senatus consulto ex tribus maribus fuerit adoptatus: nam et in huiusmodi casu neque quarta ei servatur nec ulla actio ad eius persecutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit: utroque enim iure tam naturali quam legitimo in hanc personam concurrente pristina iura tali adoptioni servavimus, quemadmodum si paterfamilias sese dederit adrogandum. Quae specialiter et singillatim ex praefatae constitutionis tenore possunt colligi. Item vetustas ex masculis progenitos plus diligens solos nepotes vel neptes qui ex virili sexu descendunt ad suorum vocabat successionem et iuri adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem qui ex filiabus nati sunt et pronepotes ex neptibus cognatorum loco numerans post adgnatorum lineam eos vocabat tam in avi vel proavi materni quam in aviae vel proaviae sive paternae sive maternae successionem.

consulto ex non habebat Et dicebat ubi tres inveniebantur arrogati deferebantur ut unum eligeret quo tamen magna erat h sollempnitas ut ex constitutione divi pii quartam debebat ei arrogator et hodie non est immo id. ut h casu. ut Et al. ut h. et C. de adop. l. pe. § quod autem. ad eius. s. quartae. nostra constitutione. ut C. de adop. l. pe. § si vero pater. parens. h in infinitum accipe ut ff. de gra. l. iur. § parentes. susceperit. ut sui loco filium sui nepotis adoptatur. acsi vel eius est. s. filio precedente nepote ut C. de adop. l. pe. § si autem in filio. quemadmodum. q. d. si consensit non in causae.

ab eo testo. s. adoptivo patre. Iure civili. quia non est in potestate sua neque praetorio quia non est emancipatus ab eo ut s. de exhere. li. in princ. emancipatos et § si. inofficiosi. s. de inof. quia § tam autem. ideo ista intellige secundum distinctionem h. § ut ibi dicitur.

Item vetustas. correximus ius antiquum ex liberis primi gradus filios suos adoptivos nunc tractat de ulterioribus. nepotes et hi male anteponebantur. Julii bri nepotes vocabat. s. vetustas ut eum ut auctoritas ut s. Et proxi ut j. t. i. § Et quia materni. s. moriente masculo de et toti agn. ut j. pe. § viriles. s. moriente femina ut j. pe. §.

Diui principes. ut C. de suis l. si defunctus. ut C. de codicillis l. illam. donaverunt. principes. sed non eodem modo ut sequitur. suffragio. i. l. xii. ta. minuitur. non duas tertias ut certe ut s. de adop. §. sed hodie mihi. diximus. s. nullo modo. id est in certo ordine succederet. ut s. proximo §. paulo. non parum de tertia parte totius relicta. sic in aut. de exhi. et introduc. re. §. sanximus. existimaverunt. s. principes. vel. mortua sit. non duos tantum. si ei moriatur femina nepotes vel neptes ex masculo vel femina in totum olim hodie tamen cum diminutione succedunt et ceptis si moritur masculus nepotes ex filia tamen huius vocantur cum diminutione tertie partis ut hic dicitur.

Sed nos. constitutionis. quod non habemus ut sequitur constitutionem ut C. de suis et le. l. si.

Transversa linea. sic in aut. de non elig. §. cum igitur circa finem.

Diui autem principes non passi sunt
talem contra naturam iniuriam
sine competenti emendatione re-
linquere. Sed cum nepotis et
pronepotis nomen commune est
utrisque qui tam ex masculis
quam ex feminis descendunt, ideo
eundem gradum et ordinem
successionis eis donaverunt.
Sed ut amplius aliquid sit
eis qui non solum nature
sed et veteris iuris suffragio
muniuntur, portionem nepo-
tum vel neptium vel deinceps
de quibus supra diximus paulo
minuendam esse existimaverunt
ut minus tertiam partem acciperent
quam mater eorum vel avia fuerat
acceptura, vel pater eorum vel
avus paternus sive maternus
cum femina mortua sit
cuius de hereditate agitur. hisque
eorum licet soli sint qui descen-
dunt ex feminino sexu
adeuntibus agnatos mi-
nime vocabant. Et quem-
admodum lege xii. ta. filio
mortuo nepotes vel neptes vel
pronepotes et proneptes in lo-
cum patris sui ad successio-
nem avi vocantur, ita et prin-
cipalis dispositio in locum matris
sue vel avie eos cum iam
designata partis tertie dimi-
nutione vocat. Sed nos cum
adhuc dubitatio manebat
inter agnatos et memoratos
nepotes partem quartam defunc-
ti substantie agnatis sibi vendi-
cantibus ex cuiusdam consti-
tutionis auctoritate, memora-
tam quidem constitutionem
a nostro codice segregavimus
neque eam inseri ex codice The-
odosiano in nostro concessimus.
Nostra autem constitutione promulga-
ta toti iuri eius derogatum
est, et sancimus talibus ne-
potibus ex filia vel pronepoti-
bus ex nepte et deinceps sup-
erstitibus agnatos nullam par-
tem mortui successionis sibi
vendicare, ne hi qui ex
transversa linea veniunt po-
tiores his habeantur qui recto
iure descendunt. Quam constitu-
tionem nostram optinere secundum sui
vigorem et tempora et nunc sanc-
cimus. Ita tamen ut quemadmodum in-
ter filios et nepotes ex filio

tempora antiquitatis

xii. ta. et de hac diminutione tertie partis dicitur corrigitur per sequentem §. sed nos. h. nos. id est divi sequentem §. loqui in quadam alia parte que debebat agnatis. s. iiij. non autem de hac tertia correctum. s. est hodie ne veniant ut in aut. de ten. et se. §. iu. illo vocato. s. e. §. cum filii

futuris casibus sequitur tamen valeatur. ut C. de suis et le. l. ult. ita tamen. hic est sententia referendum §. s. ad §. divi. non ad primum.

statuerat] ut s. e. §. cum filius. diminutione. scilicet quae debebatur agnatis ut traheretur quod dabatur patruis. ut s. proximo §. diximus. hereditatem. immo in capita videtur dividi. ut j. eo. l. §. sed attendendum in si. §. et j. de collateralibus ubi de decendentibus loquitur.

Si nemo. et infra uo sic ff. de testibus. l. si nemo. suus. s. eo. l. §. l. proximo s. eo. l. §. emancipati. constitutiones. s. eo. l. §. quibus continuati et §. divus. ac successionem. existere dico et amplectatur nam haec duo necessaria sunt.

vel pronepotes antiquitas statuerat non in capita sed in stirpes dividi hereditatem. Sive vero nos tam filios et nepotes ex filia distributionem fieri iubemus. vel tam omnes nepotes vel tam pronepotes et neptes et alias deinceps personas ut utraque progenies maternae vel paternae aviae vel avi proportionem sine ulla diminutione consequatur. ut si forte unus vel duo ex una parte extent. ex altera vero tres vel quattuor extent. unus aut duo dimidiam. alteri tres aut quattuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

De legitima agnatorum successione. Rubrica.

Si nemo suus heres vel eorum quos inter suos heredes praetor vel constitutiones vocant extat qui successionem quoquo modo amplectatur. tunc lege xii tabularum ad agnatum proximum hereditas pertinet. Sunt autem agnati ut primo libro tradidimus cognati per virilis sexus personas cognatione iuncti. quasi a patre cognati. Itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt. qui et consanguinei vocantur. nec requiritur an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio et invicem is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles. id est qui ex duobus fratribus procreati sunt. qui etiam consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus. Hi quoque qui post patris mortem nascuntur iura consanguinitatis nanciscuntur. Non tamen omnibus simul agnatis dat lex hereditatem. sed his qui tunc proximiore gradu sunt cum certum esse coeperit aliquem intestatum decessisse. Per adoptionem quoque agnationis ius consistit. veluti inter filios naturales et eos quos pater eorum adoptavit. nec dubium est quin proprie consanguinei appellentur. Item si quis ex ceteris agnatis tuis veluti frater aut patruus aut denique is qui longiore gradu est aliquem adoptaverit. agnatos inter suos esse non dubitatur.

consanguinei. quasi eodem sanguine nati agnati non dicuntur consanguinei. ut ff. de suis et legitimis l. ii. in principio. et invicem. scilicet filius fratris patruo et econverso. imperatore j. de gradibus cognationis §. iiii. iura consanguinitatis. scilicet ad suos fratres prius natos ad reliquos non agnatos agnationis iura adquirit. ut s. proximo diximus. et est verum si vivente eo de cuius hereditate agitur conceptus saltem erit. ut ff. de suis et legitimis l. ii. et ff. unde cognati l. i. §. si quis. non tamen. quoniam agnati vocantur ad hereditatem simul tamen.

decet lex. scilicet xii tabularum. sed hodie et omnibus hoc ut j. eodem §. si plures. certum. quod est et s. sed testato expectandum quod dicatur. ut j. eodem §. proximo. per adoptionem. quoque. quasi diceret non solum iure naturali contrahitur agnatio sed et civili. ut per adoptionem. s. quibus modis iure isto. ut ff. de adoptionibus l. ii. et s. de adoptionibus in principio. sed hodie per eam tantum extraneus transit in potestatem arrogatoris. ut s. eodem l. §.

natus autem sed tamen licet non fiat agnatus succedit tamen ab intestato patri tamen sicut alius per se agnatus. ut C.

de adoptionibus l. pl. §. sed sicut et naturales et similes. ut ff. de gradibus cognationis l. si filium.

Item si quis] non solum pater de quo dictum est.

quoquo modo. scilicet civili vel pretorio inter agnatum capite non minuitur. ut ff. e. capitulo. proximum. j. e. §. si plures et §. proximo. agnati. sicut ff. s. de legitimis tutoribus §. sunt.

Suos esse. scilicet agnoscitur agnatus alius adoptatus et eius cognatus sic. ut ff. de adoptionibus l. qui adoptatur.

Non

cetium .i. ete ul' alī. lex quīd' ꝯ xii. ta. dīt fc̄hat hīditatem agnatis penitus. ꝫ media iuris prudencia tum distīxit. ꝫ dīcta eam ꝑꝫ. ꝛc.

immoꝛ. ꝛ sic nō ꝗ .i. xii. ta. ē uetustioꝛ mediam iur' prudentia ꝛ ꝗꝗ iur' ꝓrum quīquoꝝ .i. q̄nqꝫ iuris ꝓrū.

Ceterum inter masculos quidem agnationis iure hereditas et si longissimo gradu sint ultro citroque capitur. Quod ad feminas vero attinet ita placebat ut ipse consanguinitatis iure tantum capiant hereditatem si sorores sint, ulterius non capiant. Masculi vero ad earum hereditatem et si longissimo gradu sint admittantur. Qua de causa fratris tui aut patrui tui filie vel amite tue hereditas ad te pertinet, tua vero ad illas non pertinebat. Quod ideo constitutum erat quia commodius videbatur ita iura constitui ut plerumque hereditates ad masculos confluerent. Sed quia sane iniquum erat in universum eas quasi extraneas repelli, pretor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur, ex qua parte ita scilicet admittuntur si neque agnatus ullus nec proximior cognatus interveniat. Et hec quidem lex xii. tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatem legibus amicam amplexa simili modo omnes agnatos sive masculos sive feminas cuiuscumque gradus ad similitudinem suorum invicem ad successionem vocabat. Media autem iuris prudencia que erat lege quidem xii. tabularum iunior, imperiali autem dispositione anterior, subtilitate quadam excogitata prefatam differentiam inducebat et penitus eas a successione agnatorum repellebat, omni alia successione incognita, donec pretores paulatim asperitatem iuris civilis corrigentes sive quod deest adimplentes humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt et cognationis lineam proximitatis nomine introductam per bonorum possessionem eas adiuvabant et pollicebantur eis bonorum possessionem que unde cognati appellatur. Nos vero legem xii. tabularum sequentes et eius vestigia in hac parte conservantes laudamus quidem pretores sue

lōgīsso. ceruno. ut .i. ce tiuīc. ꝗ .i. si. fe minas. ag natas. ꝗ placebat. n̄ tāmē pōst. pla cebat uo ꝑtin. ut .i. ꝑ. uos. ū ꝯ cāu ꝑ media iuris pru dēcia. uo ꝑ .i. xii. ta. ut ꝑ sto te .ū. i. ꝯ. ꝛ ꝗmod. ꝛ ꝑ. media ac. ꝯsā g' īmeant .i. agna tōuis ple rūꝫ h ꝑ ꝯsāgūe as sororēs ꝛc ꝗbꝫ ī ū dixit. ad masch. uoc. sūt. ꝯ. t. i. ꝑ. u tē uenīr tā. ꝫ ꝗ cas. s. ag natas fe minas. pe nitus

.i. agnacōis. interuenerit. ū ꝗuis suoꝝ. ut ꝯ. t. i. ꝑ. admonēdi sūt. ꝗ ꝗm. s. in ꝑ. ꝛc. ꝛ ꝑ. ꝯ ꝗ dāt suūi. ꝫ simplicitate re mota dissīa agnatoꝝ int' masc'los ꝛ fēīas ꝑit. ꝯ de fidi. ꝗ. hi. ꝑ. ꝯ ꝗuia.

titulis. i. nominibus. delatam: i. concedebatur. adnatis. certe erat et in ista. ut sufficientes sunt alii. sicut ut s. e. § item. in fi. scilicet consanguineae. ut c. de legitimis heredibus l. xii. ta. communitatis. hinc etiam. vel dicta feminae. vel maris. consanguinitatis. i. sunt non

germanae. i. nati ex eodem patre et matre tamen defuncto. uterinae. i. natae ex eadem matre tantum. deinceps. i. minores sive ingredi remotiores. consanguinitatem. sunt coniugium. tertius et cum his admittantur. si in alio casu subiciuntur sunt lex coniugium. cf.

coniunt soro-
res. consangui-
ne notan-
tur: qui ex
eodem genitore
nate sunt.

humanitatis. non tamen eos
in plenum causae mederi in-
venimus. Cum enim uno
eodemque gradu naturali cognationis
titulus et agnationis titulus (i. nomen)
tam in masculis quam in feminis
aequa lance constitutus, mas-
culis quidem (i. concedebatur) favebatur ad suc-
cessionem venire omnium agna-
torum. Ex agnatis autem mulie-
ribus nulli penitus nisi soli so-
rori ad agnatorum successi-
onem patebat aditus. Ideo
omnia in plenum reducen-
tes et ad ius xii. tabularum eandem
dispositionem exsequentes, ista
constitutione sancimus omnes le-
gitimas personas i. per virilem sexum
descendentes sive masculini
sive feminini generis sint, simili
modo ad ius legitimae successio-
nis ab intestato vocari secundum
gradus sui praerogativam, *(ut qui proximior sit secundum successionem)*
non ideo excludendas quia consan-
guinitatis iura sicut germa-
nae non habent. Hoc etiam adden-
dum constitutioni existima-
vimus, ut differat nul-
latenus gradus a cognato-
rum unde in linea successi-

h. est etiam ut
minus. ut
t. de leg. h.
l. xii. ta. §.
in hiis tamen
m. i. non
ulterior pe-
rimortui

onem. ut non solum fratris
filius vel filia ad successi-
onem patrui sui vocantur
sicut quod iam distinximus, sed et
germanae consanguineae vel
sororis uterinae filius et filia
soli et non deinceps personae
una cum his ad iura avun-
culi sui perveniant et mor-
tuo eo qui patruus quidem
est sui filii, avunculus autem so-
roris sive soboli, simili modo
ab utroque latere succedant
tanquam si omnes ex masculis
descendentes ex legitimo inter-
venirent. Si vero fratres et sorores
superstites non sunt, his
tamen personis praecedentibus
et successionem admittentibus,
ceteri gradus remanent
penitus remoti, unde hedi-
tatem non in stirpes sed in
capita dividenda. Si plu-
res sint gradus agnatorum
apud legem xii. ta. proximum
vocat. Iterum ubi gradum sunt sic
sunt defuncti et alienus fratris
filius aut patruus. Etiam eo-
rum habentur et sint singula-
rius illa lex proximum vocet. *(xii. tab.)*

nisi per ex-
sit dio n-
tum inca-
pita. ut i
aut. de h.
q. ab intes.
§. reliquum
enim aut. v
fratrum si. §. i.
vel si dicit
aut. in stir-
pes. dum
di vivere.
quia tamen alius
notatur:
aut in capi-
ta ut h.

in capita
9. t. i. in fi.
9. l. de decre-
dentibus lo-
hinc de colla-
tionibus.
Si plures eo.
sic manu.
de h. cum.
§. si vero in
fratres et s. ff. de
su. et legitimis.
h. l. iii. §.

sint. ut ipsi sorores vel fratres hodie si per hoc fiunt sunt in sicut hoc. vel ut ne ut sequitur. ut c. de leg. h. l. si. §. si vero. ac minima. c. agnatorum

hodie item. h. coniugium. l. §. 8.

proximus. Sic. s. ti. i. proximum autem quis sit. s. e. p. non tamen.

nichilo magis. i. non ideo magis.

tamen dubium non est quin et si
plures sint eiusdem gradus
omnes admittantur. Etiam et
proximus proprie ex pluribus gradi-
bus intelligitur: et tamen dubi-
um non est quin licet unus
gradus sit agnatorum pertine-
at ad eos hereditas. Proximus
autem siquidem nullo testamento
facto quisquam decesserit, per hoc
tempus requiritur quo mor-
tuus est is cuius de hereditate
queritur. Quod si facto testamento quisquam
decesserit, per hoc tempus requiritur
quo certum esse cepit nul-
lum ex testamento heredem extiturum.
tunc enim proprie quisque intellegitur in-
testatus decessisse. quod quidem
aliquando longo tempore declaratur.
In quo spatio temporis sepe
accidit ut proximiore mor-
tuo proximus esse incipiat qui
moriente testatore non
erat proximus. Placebat autem
in eo genere percipien-
darum hereditatum successionem
non esse, id est ut quamvis proximus qui
secundum ea que diximus vocatur
ad hereditatem aut spreverit
hereditatem aut antequam adeat
decesserit, nihilo magis legitimo
iure sequentes admittuntur.
Quod iterum pretores imperfecto iure
corrigentes non in totum
sine adminiculo relinquebant
sed ex cognatorum ordine eos
vocabant utpote agnationis
iure recluso. Sed nos
nichil deesse perfectissimo iuri
cupientes nostra constitutione
sancimus quam de iure patro-
natus humanitate sugge-
rente protulimus successionem
in agnatorum hereditatibus
non esse eis denegandam cum sa-
tis absurdum erat quod cog-
natis a pretore apertum est
hoc agnatis esse reclusum maxime
cum in onere quidem tute-
larum primo gradu deficiente se-
quens succedit et quod in onere
optinebat non erat in lucro
permissum. Ad legitimam suc-
cessionem nihilominus vocatur et
parens qui contracta fiducia fi-
lium vel filiam nepotem vel
neptem ac deinceps eman-
cipavit. Quod ex nostra constitutio-
ne omnimodo inducitur ut e-
mancipationes liberorum semper

tunc enim. C. cum non adimitur hereditas ex testamento placebat. C. ex lege xii. tab.

In eo genere. i. iure successionis. non esse. i. successorum esse tamen inter agnatos locum non habet.

protulimus. C. in gre. Apertum est. C. succe. cognatis de p. instru. tri. sol. ro. pra. maxime. de se. gradu. C. agnatorum ad lima. est. ii. si. tunc ag. proximus pr. ut ff. de suis et le. tunc ... non relict. prox. pr. de. sicut nec ... ut et C. de

C. de persona in persona. Sed inter agnatos fuit ut j. se. et ff. de suis et l. i. § si de ordine in ordine sit ut de his in agnatos. Et agnatus in cognatos et in iure et uxore ut se. ff. si ta. tes. nul. ex. l. a. § ...

legitime. tunc. l. tri. Per hoc. secundum eo. ut. s. ti. p. emancipati. constitutione. ut C. de eman. li. l. si. fiducia. sic dicendo. ut succedat in bonis tunc in testamento. ut est emancipato tamen fiducia.

[illegible]

manumissionis. i. emancipasset. sic. ff. si a pa-
tre q. manu. l. i. §. alienatio. et.
lex proveniebat in pupil. vel in consortiis nullo
modo proveniebat ut sequitur. masculorum. i.
agnatos ut s. e. t. i. in prin.

periculo. s. mi. matrimonio. de lu. vo. uxorem alicuius esse in
potestate parentis non intelligitur, sed quo ad debitum carnis.
aliud de iure langobardorum. ut hic et c. de pa. inter l. ii.
uxores. et in lumbardia. qualis muliebris alicuius p. iussu
i. iure civili. cum quibus hereditas per filium queritur. ut

necessitudine. i. cognatione. tamen dicitur cognatio naturali necessitudine. ut ff. de in ius voc. l. si in rem. et ad omnem. sunt cognationes. ut i. de suc. cog. §. vulgo. angustie. non iuris dure angustiose. et ut dicitur. ut i. de gra. li. in prin. et ff. quemadmodum l. iii. in prin. postea. i. postquam l. xii. ta. et post divum Claudium per senatus con. ter. ut s. e. amissorum. per incidentem principitur ut s. de exeu. tu. in pri. et dicit quod ganisit statuit ut s. de mos. et l. ubi. contra filiorum. quere. hodie et aliud sunt cedit. sunt in iure ut iam dic. l. ab in. de quo sequitur. habens. i. habuit tres filios. non autem in potestate. ut s. de adop. §. femine. quos habere mater et sicut est per patrem genitos. f. io. ut ff. de v. sig. l. cum enim.

videantur contracta fiducia fi-
cum apud antiquos non
aliter hoc optinebat, nisi contra-
cta fiducia parens manu-
misisset.

De senatusconsulto Tertulliano

Lex xii. ta. ita stricto iure utebatur et praepo-
nebat masculorum progeniem
et eos qui per feminini sexus
necessitudinem sibi iungun-
tur adeo expellebat ut ne quidem
inter matrem et filium filiam-
ve ultro citroque hereditatis
capiende ius daret, nisi quod
praetores ex proximitate cog-
natorum eas personas ad successi-
onem bonorum possessione unde cog-
nati accommodata voca-
bant. Sed hee iuris an-
gustie postea emendate sunt.
Et primus quidem divus Claudius
matri ad solacium liberorum ami-
ssorum legitimam eorum de-
tulit hereditatem. Postea autem
senatusconsulto Tertulliano quod divi
Adriani temporibus factum est ple-
nissime de tristi successione
matri non etiam avie deferenda
cautum est, ut mater inge-
nua trium liberorum ius habens,
liberta iiii. ad bona filiorum
filiarumve admittatur intes-
tatorum mortuorum, licet in
potestate parentis est, ut scilicet cum
alieno iuri subiecta est,
iussu eius adeat cuius iuri
subiecta est. Preferuntur
autem matri liberi defuncti qui
sui sunt quive suorum loco
sunt, sive primi gradus sive ulterio-
ris. Sed et filie sue mortue
filius vel filia opponitur ex
constitutionibus matri defuncte,
id est avie sue. Pater quoque
utriusque non etiam avus et pro-
avus matri anteponitur,
scilicet cum inter eos solos de
hereditate agitur. Frater autem
consanguineus tam filii quam
filie excludebat matrem.
Soror autem consanguinea
pari cum matre admitte-
batur. Sed si fuerat frater et soror
consanguinei et mater liberis hono-
rata, frater quidem excludebat
matrem, communis autem erat
hereditas ex equis partibus fratri
et sorori. Sed nos constitutione
quam in codice nostro nomine de-
corato posuimus matri sub-

ff. de acq. her. l. qui in aliena. sed hodie in perfectum solam non in adventicia. s. ex igitur iussus. ut c. de bo. que li. l. fi. §. fi. hec esse prior. preferuntur. liberi. et ad omnem et ut de matre si ipsi succedere velint. ut ff. e. l. ii. §. liberi. et §. ita. defuncti. s. filii de cuius hereditate nunc agitur. primi gradus. ut filii. ulterioris. ut nepotes et similes. filiorum. quod dic. v. s. de her. ad in. §. i. et §. ii. et §. e. manumissi. et §. de filie. q. d. non solum nepos ex filio matrem excludit mortui defuncti et nepos ex filia nunc potuit. i. pater defuncti s. filie. potest non adoptiv. ut ff. e. l. i. §. sed in alius. utriusque. s. filii et filie. hec

nisi velit succedere.

solos. s. matrem et patrem defuncti. sicut sit avus et pater et mater defuncti preferuntur avo et mater ex ff. e. c. manumissi. §. i. et no.

q. h. fallit regula. sed nunc novum nunc ut ff. de din. et §. i. de aversionibus. nam avus pater defuncti preferetur. ut ff. e. l. cogitanti. §. i. pater non tamen avus pre-fertur matri. qui soli sunt. sic fallit manumissi. de legit. de. §. ii. quod. item autem qui mo. na. et filii. §. dicitur. sic in ff. qui po. in pig. ha. l. claudius. sic ff. de usur. l. imp. t. i. l. p. excludebat. sed mutatum hodie. ut i. e. §. et.

admittebatur. a. s. vii. ut i. e. §. sed. sed illis liberis l. iiii. ut s. e. §. fratri. autem. sed in codice hic c. in c. de iure. de l. l. ii.

fortuitum. i. hic. vnde hic tres filios enixa ex ordinaria gratia non decenderet. peccatum. nemo si peccatum est magis sunt [illegible] . v. c. de le. h. l. xii ta. inst. l. ii. intercepti. i. cum succedere mater.

personis. et ipsi defuncti si in usufructu [illegible] qui habeat defunctus in potestate vel [illegible] tum et in hoc casu hodie mater [illegible] . v. c. e. l. si et de le. h. l. de emancipatione [illegible] . v. ante ascendentibus differtur equaliter. patrem et matrem [illegible] ut in aut. de h. ab i. [illegible] [illegible] dummodo.

venerandum esse existimavimus,
respicientes ad naturam et
puerperium et periculum et saepe mortem ex hoc
casu matribus illatam. Ideo impium
esse credidimus fortuitum casum
in eius admitti detrimentum.
Si enim ingenua fuerit vel liber-
tina, tertius non peperit, innocenter de-
fraudabatur a successione li-
berorum suorum. Quid enim peccavit
si non plures sed paucos peperit?
Et dedimus ius legitimum plenum
matribus sive ingenuis sive li-
bertinis, etsi non ter fuerint
enixae vel quater, sed eum tantum
vel eam qui quaeve morte
intercepti sunt, ut
et sic vocentur in liberorum su-
orum legitimam successionem. Sed
cum antea constitutiones iura
legitima successionis perscru-
tantes partim matrem adiu-
vabant, partim eam praegra-
vabant et non in solidum eam
vocabant, sed in quibusdam
casibus tertiam eis partem abstrahentes
certis legitimis dabant
personis, in aliis autem contrarium
faciebant, nobis visum est
recta et simplici via ma-

trem omnibus legitimis personis
anteponi et sine ulla deminu-
tione filiorum suorum successi-
onem accipere, excepta fratris
et sororis persona, sive consanguinei
sint sive sola cognationis iu-
ra habentes, ut quemadmodum eam to-
ti alii ordini legitimo praeposuimus,
ita omnes fratres et sorores suos le-
gitimos sive non, ad ca-
piendas hereditates simul vo-
cemus, ita tamen ut, si quidem
solae sorores agnatae vel cog-
natae et mater defuncti vel de-
functae supersint, dimidiam
quidem mater, alteram vero dimi-
diam partem omnes sorores
habeant; si vero matre superstite
et fratre vel fratribus solis vel cum
sororibus sive legitima sive sola
cognationis iura habentibus in-
testatus quis vel intestata
moriatur, in capita distri-
buatur eius hereditas. Sed
quemadmodum nos matribus prospeximus,
ita eas oportet suae suboli con-
sulere: scituris eis quod si tuto-
res liberis non petierint vel
in locum remoti vel excu-
sati intra annum petere neglexerint

si enim ... non contineret quod ... non habent ... persona. i. patri non ... filio et nepoti. ... ut ... v. c. l. si. ... l. ii. faciebant. i. nihil dabant si praedicto. visum est. ut. c. e. l. si.

[illegible] ut. c. qui pe. tuto. l. iam a matribus et aviis [illegible] non poterunt. ut. c. si adu. de. l. in.

[illegible]

[L]eciunt ab eorum impubium morientium successione matrem repellebant. Licet autem vulgo quesiti sint filii filiaeve, postea ad bona eius matris ex Tertulliano senatusconsulto admitti.

De senatusconsulto Orfitiano

Per contrarium autem ut liberi ad bona matrum intestatarum admittantur, senatusconsulto Orfitiano, quod Orfito et Rufo consulibus effectum est, quod latum est divi Marci temporibus, et data est tam filio quam filiae legitima hereditas, et si alieno iuri subiecti sunt, et preferuntur consanguineis et agnatis defuncte matris. Sed cum ex hoc senatusconsulto nepotes ad avie successionem legitimo iure non vocabantur, postea hoc constitutionibus principalibus constitutum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque et nepotes neptes vocentur. Sciendum autem est huiusmodi successiones que ex Tertulliano et Orfitiano deferuntur capitis diminutione non perimi propter illam regulam qua nove hereditates legitime capitis diminutione non pereunt, sed ille sole que ex lege xii tabularum deferuntur. Novissime sciendum est et illos liberos qui vulgo quesiti sunt ad matris hereditatem ex hoc senatusconsulto admitti. Si ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte vel alia causa impediti fuerint quominus adeant, reliquis qui adierint accrescit illorum portio, et licet ante decesserint qui adierint, ad heredes tamen eorum pertinet.

De successione agnatorum

Post suos heredes eosque quos inter suos heredes pretor et constitutiones vocant, et post legitimos, quorum numero sunt agnati et hii quos in locum agnatorum tam supradicta senatusconsulta quam nostra erexit constitutio, proximos cognatos vocat pretor. Qua parte naturalis cognatio spectatur. Nam agnati capite diminuti quique ex his progeniti sunt ex lege xii tabularum inter legitimos non habentur, sed a p[retore]

[illegible]

tertio ordine. nam sunt .iiii. ordines successionum ut ff. si ta. t. nul. ex. l. i. excepto. non etiam inter emancipatos. quos scilicet fratres emancipatos et sorores. anastasiana. quam non habemus. sed de ea h[abetur] in C. de legit. tu. l. iii. et de his l. fi. § i. integri i. emancipati. diminutione. cum legitime. sed fratres emancipatos cognatos ut si non vocatum fratribus agnatis et cognatis ... praeferuntur.

gunt § .qui. ff. et si tpu... legitimis (?) ... et cum inte. ut ff. vii. q. l. hac parte hoc loco. ut. § . qui est. ad t. ... C. de le. ag. suc. § . t. l. § . fi. legis. l. agnatos. proximitatis i. cognationis. praetor etiam ... hic de iure proprio. non cognatos de iure ... ad gradum ... inde ... non vocantur ...

... tertio ordine vocantur. excepto solo tantum fratre et sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anastasiana cum fratribus integri iuris constitutis vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem sive sororis, non aequis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. Ceteri vero agnati inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen eos anteponit, et procul dubio cognatis. Hos et qui per feminini sexus personas ex transverso cognatione iunguntur, tertio gradu proximitatis nomine ad successionem vocat. Liberi quoque qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur. Vulgo quaesitos nullum habere agnatum manifestum est, cum agnatio a patre, cognatio vero a matre sit; hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione nec inter se quidem videri possunt consanguinei esse, quia consanguinitatis ius species est agnationis. Tantum igitur cognati sunt sibi, sicut et matris cognati sunt. Itaque omnibus istis ea parte competit bonorum possessio qua proximitatis nomine cognati vocantur. Hoc loco et illud necessario admonendi sumus, agnationis quidem iure admitti aliquem ad hereditatem et si decimo gradu sit, sive de lege .xii. tabularum quaeramus, sive de edicto quo praetor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis vero nomine his solis praetor promittit bonorum possessionem qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, et ex septimo a sobrino sobrinaque nato nataeve.

De gradibus cognationum.

Hoc loco necessarium est exponere quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi sumus cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quae et ex latere ...

hi autem consanguineam agnatam gaudent. consanguinitas est magis nomen ... tres etiam. ut ff. de suc. ed. l. iii. § i. et § . ts. de leg. ag. suc. § . i.

hoc loco. necessario. sed tamen ad vos debitum ... hi dicantur qui per gradus deficiunt et tutelam et ... testamento non diceda. ut ff. e. in. § . gradus. sic dicitur. ut. s. e. § . ceterum. admonendi. ut ff. e. l. i.

... consanguinitatem. alii omnes sunt ut ff. ... ubi in capite testi. sed numquam exigitur hodie. consanguinitas ut in aut. de her. ab in. § . i. ubi nulla agnatorum cognatorum differentia ... omnes ... hodie ... ad proximitatem non attinet agnatos ad cognatos et extende successionem de te... aut. ... de her. § . ad h. ... C. de par. qui e. l. lege. tamen aut. de imp. § . de intest.

III

et a latere transuersalis. Hec autem figura inducitur ut ff. e. l. significata ... ibidem in directa linea tamen locum a secundo, et quia non a primo gradu, cum ego pater sim in primo gradu et filius patris mei in alio sumus, quia in duobus gradibus ego cum patre meo ascendi ad patrem, quia per quendam gradum ut ff. e. iur. c. § gradus. Similiter est ex transuerso in primo non inuenitur, quia non potest inueniri primus gradus a latere ut dicit ff. e. l. i. in prin.

quarto nepos. Hic inferius respicit patruus. Hic refert ad superiorem lineam transuersalem auunculus. Hoc autem constat quia qui est mei patris patruus mihi est magnus patruus, qui mee matris auunculus mihi est magnus auunculus. Et qui est patruus mihi mee [illegible] mei patris [illegible] ... cum illum ex patruo mihi ... magnum [illegible] meo patri ... ut ff. e. l. iur. c. § patruus. et c. de nup. c. l. fec. [illegible]

dicitur superior cognatio est parentum, inferior liberorum. Ex transuerso fratrum sororumque et eorum qui queue ex his progenerantur et conuenienter patrui amite auunculi matertere. Et superior quidem et inferior cognatio a primo gradu incipit, at ea que ex transuerso numeratur a secundo. Primo gradu est superiore pater mater, inferiore filius filia. Secundo superiore auus auia, inferiore nepos neptis, ex transuerso frater soror. Tertio gradu superiore proauus proauia, inferiore pronepos proneptis, ex transuerso fratris sororisque filius filia et conuenienter patruus amita auunculus matertera. Patruus est patris frater, qui grece patros uocatur. Auunculus est matris frater, qui apud grecos aliter proprie metros appellatur, et promiscue utrique theyos dicitur. Amita est patris soror, matertera matris soror, utraque theya uel apud grecos quosdam tythis appellatur. Quarto gradu superiore abauus abauia, inferiore abnepos abneptis. Ex transuerso fratris sororisque nepos neptis. Et conuenienter patruus magnus, amita magna, id est aui frater et soror. Item auunculus magnus, matertera magna, id est auie frater et soror. Consobrinus consobrina, id est qui queue ex fratribus et sororibus progenerantur. Sed quidam recte consobrinos eos proprie putant dici qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos. Eos uero qui ex duobus fratribus nascuntur proprie fratres patrueles appellari. Si autem ex duobus fratribus filie nascantur, sorores patrueles appellantur. At eos qui ex fratre et sorore propagantur amitinos proprie dici. Amite tue filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos. Quinto gradu superiore atauus atauia, inferiore adnepos adneptis. Ex transuerso fratris sororisque pronepos proneptis. Et conuenienter propatruus proamita, id est proaui frater et soror, promatertera, id est proauie frater et soror. Item fratris patruelis sororis pa-

primo. infra. dicit: supra est in primo. et ego sum in alio primo gradu sumus in duobus gradibus. non sequitur. unde sicut in primo ita et eodem numero sunt in primo gradu [illegible] ad similitudinem [illegible] [illegible] due [illegible] ex lateribus [illegible] [illegible] [illegible] adita [illegible] aliam [illegible] in gradu primo adita et una [illegible] facit gradum. ut s. e. §. [illegible] qui licet multi sint, omnes tamen sunt in primo et se in secundo ut ff. e. l. iur. c. § tamen ex transuerso [illegible] gradu incipit. tamen nemo ex hoc ordine primo gradu inuenitur ut ff. e. l. i. in prin. at ex transuerso non tantum quia et illi qui sunt ex transuerso dimidium [illegible] lineam. [illegible] repperies in sequentibus gradibus et quando quia [illegible] ut s. e. §. quarto.

patruus. amita soror. Unde uersus:
Sunt patrui patris, sed amite quoque sorores,
fratres auunculi et soror est matertera matris.

filius. isti nominati regunt superiores gentivos ab illo usque. ff. si tu. te. et sunt illi omnes in v. gradu hinc collaterales respectu descendentium. pro sobrinis. q. d. qui filius dicitur proprior sobrinus. et quere filia dicitur propria sobrina. hii subaudi in vi. gradu. collaterales ex parte ascendentium. s. filius patrui mei magni et filium dicitur. ut. ff. e. l. i. in fi. et l. u.

tum. s. adiectum pronum. Si tamen parentes. vel ordinantur sequitur recitantur abos omnissa parentes quia hi sunt oculis subdita sedibus adipisci. quidam hunc hic ac hortem. ¶ Illud. ar. ext. hac rubrica de servili cognatione ac non. edicti illam. in pretes ab intestato.

ar. hactenus quanta. h est verum si viva ab viva. non si plures ab una. ut. ff. e. l. ut. q. g. titulo ani. et e h. ximi econum gradum gradum. dum s. nos. si s. cando explase titulo. ar. est. statim quia nos dicimus in pro ipsi dicit in pro quae nos in tam to: ipi in pro. et sit de singulis. ut in de te. xxxv. q. v. c. ii. si sint eorum quod dato loca pro nimia iura et to pro hodua ter quod pro gradus distinctur. v. j. de to. pos. p. quos aut. et ff. e. l. in in prin. adiciat. h pro colligi distinctio gradus. v. dicit gradus e una to singulos p cognationis. l. affinitate quoque quot tem quoto v na gradu psona dicitur ab al ea optime in

truelis consobrini et consobrinae. amitini et amitinae. filius filia ve proprior sobrinus sobrina. hii sunt patruum magni. amitae magnae. avunculi magni. materterae magne filius filia. ¶ Sexto gradu sunt trinepos. trineptis. ex transverso fratris sororisque abnepos abneptis. et consequenter abpatruus abamita. vel abavi fratres et sorores. abavunculus abmatertera. i. abavie fratres et sorores. ¶ Et sobrini sobrineque. vel qui quae ve ex sororibus vel fratribus parentibus. vel consobrinis. vel amitinis progeniti. ¶ Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex hiis palam est intelligere quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debemus. quippe semper generata quaeque persona gradum adiciat. ut longe facilius sit respondere quoto quisque gradu sit. quam propria cognationis appellatione quemquam denotare. Agnationis quoque gradus

eodem modo numerantur. Sed cum magis veritas oculata fide quam per aures animis hominum infigitur. ideo necessarium duximus post narrationem graduum etiam eos presenti libro inscribi. quatenus possint et auribus et oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

Illud certum est [De servili cognatione] ad serviles cognationes illam partem edicti quam proximitatis nomine bonorum possessio promittitur non pertinere. Nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutione quam pro iure patronatus fecimus. quod ius usque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum et undique confusum fuerat. et hoc humanitate suggerente concessimus. ut si quis in servili condicione constitutus liberum vel liberos habuerit sive ex libera sive ex servilis condicionis muliere. vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cuiuscumque sexus. et

ut. ff. quis ordo. in bo. pos. s. l. i. preterea. i. consti tuit seq. ut ff. vii. ss. l. i. s. primet.

ii primis si vero autem ob quam vel ipse succedit vel ei succedatur. ut. c. si. de suc. l. sive in tribus tam br. ut. c. ad sil. l. pe. et c. de su. lib. l. quo tempore. et c. de or. pha. l. fi. computaretur. h

dicantur decursu quam lapidem gradus. ut. ff. e. l. ut. q. p. gradus. quoto. s. octavo vel decimo. appellare. propter duas rationes. et prima. ultra in inceptorem vel tricesimum notabilia non inveniuntur. secunda quia in superiores notantur. ut. ff. e. l. fi. p. parentes. et tertium plura negocia quod notabilia. ut. ff. de p. v. l. un. s. u. ut ad quod invitabimus. et. ut. ad. vii. gradus tor. et ut ad. x. agnatorum. et ff. e. u. fatere. ut. s. e. t. p. fi. u. ione demonstrandi necem ulterius in arc. non ut habitatur. s. de te. ar. dicit.

inducantur. incesta non cum magis inire proprio. q. naturalem tam inveniuntur. debet computari. v. s. de bi. ab in. p. emancipati. quam cum hi. si dicit q. et ad alia ut ad tutelas. vel similia non et ad nuptias. ut. c. de nup. p. unde. et ff. de rit. nup. l. adoptiua. p. serviles. si nunquid dicit ex tunc p. succedit cognatus. et in. et. non ut h dicitur. nostra tempora. lo instituimus

pervenerint. scilicet genitibus ipsi scilicet genitis. veniant aliud est ubi servus sive ... manumittatur ut ff. vii. q. l. ... de ... di. ... qui in ... quid ... hodie succedunt ... ut c. de su. ... in successione ... non ... veniebatur

ad libertatem huiusmodi pervenientibus, et his qui ex simili ventre nati sunt libertatem meruerunt, vel dum mulieres liberae erant ipsi in servitute eos habuerunt et postea ad libertatem pervenerunt, ut hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito. Hos etiam non solum in suorum parentum successionem, sed et alterum in alterius successionem mutuam vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur qui in servitute nati et postea manumissi sunt, sive una cum aliis qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eodem patre vel ex eadem matre, sive ex aliis nuptiis, ad similitudinem eorum qui ex iustis nuptiis procreati sunt. Repetitis itaque omnibus quae iam tradidimus apparet non semper eos qui parem gradum cognationis optinent pariter vocari, eoque amplius nec eum quidem qui proximior sit cognatione, semper potiorem esse. Cum enim prima causa sit suorum heredum, quosque inter suos heredes iam enumeravimus, apparet abnepotem vel pronepotem defuncti potiorem esse quam fratrem aut patrem aut matrem defuncti, cum alioquin pater quidem et mater, ut supra quoque tradidimus, primum gradum cognationis optineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognatus et abnepos quarto; nec interest in potestate morientis fuerit, an non, qui vel emancipatus vel ex emancipato aut ex feminino sexu propagatus est. Amotis quoque suis heredibus, quosque inter suos heredes vocari diximus, agnatus qui integrum ius agnationis habet, etsi longissimo sit gradu, ple-

tradidimus. a principio in hoc libro. enumeravimus. ut tunc ... emancipatos ut s. de he. ab in. § i. et §. ... apparet non ... ex femino ... hodie ... non ... amotis. i.

... non ... ad ... est ... in successione ... hodie ...

ex successione ... in ... non ... cessantibus ... ad ... in ... est ... gradu et ... c. § ... integrum i. capite minutus non est ut s. de ... q. i. ...

... i. ... et ... pronepos ... omnes ... ubi ... patrono ... ut ff. de ... ut ... in ... sunt

ex ... c. supradicta ... repetitis. hoc § ... ad ... t. s. ... libro ... in ... ut s. de ... q. § ultimo.

plerumque scilicet fratrem et sororem emancipatos at ut. j. e. i exceptis etc. Item scilicet quasdam cognatos qui ut cognati vocantur. ut ff. de l. ag. s. hiis. fra scilicet patrem qui filium emancipauit. ut s. de l. agn. suc. s. f. at. nepos. qui est in v. gradu. at. pronepos hic in vi. auunculo. qui sunt in iii gradu. at. preferuntur

heredem. naturalem. vel adoptiuum ut. j. inuit

Nihil. i. nullum beneficium. io.

successionis et qui talem habet agnationis. no. regulam ut ff. de suis. l. auunculo. et in h. l. ut. et ei cui deberetur. no. necessarie ordinis sui reddi. s. i fiores. s. ex latere venientes. ut j. aut de hiis. ab in. pri. primo dicebatur ut in institutis vocatur. ut s. de hiis adoptiuis. p. i. et j. aut de his ab. s. i. hiis. sanguinibus vocantur alii deberet primo patronum. soluta. aut causa. ut dem exceptis cum ut fiat ex uxoris.

rumque potiores habentur quam priores cognati. Nam patrui nepos et pronepos avunculo vel materterae praefertur. ¶ Totiens igitur dicimus aut potiorem haberi eum qui proximiorem gradum cognationis optinet, aut pariter vocari eos qui cognati sunt, quotiens neque iure suorum heredum quique inter suos heredes sunt, neque agnationis iure aliquis praeferri debeat secundum ea quae tradidimus, exceptis fratre et sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur, qui et si capite deminuti sunt, tamen praeferuntur ceteris ulterioris gradus agnatis.

De successione libertorum. Rubrica.

Nunc de bonis libertorum videamus. Olim itaque liberto licebat patronum suum impune testamento praeterire. Nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus nullo suo herede relicto. ¶ Itaque intestato quoque mortuo liberto si is suum heredem reliquisset, nihil in bonis eius patrono ius erat. Et siquidem ex liberis naturalibus aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela. ¶ Si vero adoptivus filius fuisset, aperte iniquum erat nihil iuris patrono superesse. ¶ Qua de causa postea edicto praetoris haec iuris iniquitas emendata est. Sive enim faciebat testamentum libertus, iubebatur ita testari ut patrono suo partem dimidiam bonorum suorum relinqueret. Et si aut nihil aut minus partis dimidie reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidie bonorum suorum possessio. ¶ Si vero intestatus moriebatur suo herede relicto filio adoptivo, dabatur eque patrono contra hunc suum heredem partis dimidie bonorum possessio. ¶ Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum naturales liberi non solum

ex naturalibus ad omnes etiam oppinorum. querela. i. non poterat patronus conqueri. postea. prin. at. iniu. di. ut. s. ad cauil' in prin. libertus. inuitum tali non hic intimu. in intestatus. ut. j. s. p. partem. dimidie. non in tantum sunt bonorum. quia ut ff. de bo. li. l. in. p. patroni dimidie bonorum. non legitimum. ut. j. de bo. pos. s. contra. prodesse solebant. hic intestato

Nunc etc. hic usque in bonis ingenuorum dixit. Olim. s. l. xii. ta. et hic et primum. sic. in. cuius sunt. ut hic. et. j. s. i. et s. postea. et s. sed nostra.

ro. nam de primo non erat dubium. ut s. nam in testo etc.

patronum. s. in totum. naturales et legitimi.

pente defuncto quarti cum hiis superioribus vocentur. i. quarundam duerit tum pre et materne cum eos vocari et eos superiores praeferet excludi. ut pro nob. j. aut de hiis ab in. s. si non cum ascendentibus et ff. de suis et le. l. si. s. hic etiam superioribus cessantibus. primo si ex utroque parente et sororum et eorum filii. secundo ex altero tantum ut eorum filii. tertio hic regula optinet ut qui prior s. est cognationi gradu etc. ut hic et j. aut de hiis ab in. s. cognationum. s. si non. in fine et j. aut. ut fratrum. fi. s. i. at. tradidimus. ut s. per. s. et hic cod. s. at. exceptis. excipit ab eo qui s. dixerat. qui integrum etc. at. praeferuntur. ut s. o. t. i. Ro. at.

Dati. si instituti erant ut sequitur. al' hoc contra da bitur eis ut ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. l. si putauit. quia in adoptione repllebant. qui per ... mortuus hñr. ut ff. de quib. l. i. § si patroni. nec a iure respiciebatur uero in aut. de her. et fal. quod exheredatos. uel. contra ... aut.

.S. l. papia. et male ut et al. ut C. de caduc. tol. in prin.

quos in potestate mortis
tempore hēbat. sed et emanci
pati et in adoptionem dati.
si modo ex aliqua parte heredes scrip
ti sint. aut preteriti contra tabu
las bonorum possessionem ex edicto pe
tierant. nam exheredati nul
lo modo repellebant patron
um. ∴ postea lege papia
adducta sunt iura patro
norum. qui locupletiores lib
tos habebant. ∴ Cautum
est enim ut ex bonis eius
qui sestertiorum .c. milium pa
trimonium reliquerat.
et pauciores quam tres ha
bebat. siue is testamento
facto siue intestatus mor
tuus erat. uirilis pars patrono
debebatur. Itaque cum unum
filium filiam ue heredem
reliquerit libertus. perinde
pars dimidia patrono debe
batur. ac si is sine ullo filio
filia ue intestatus decessis
set. cum duos duas ue he
redes reliquerat. tercia pars
debebatur patrono. si tres
reliquerat. repellebatur
patronus. ∴ Sed nostra con
stitutio quam pro omnium no
tione greca lingua compendi

oso tractatu habito. composui
mus. ita huiusmodi causas
diffiniuit. ut siquidem liber
ti uel liberte minores centenari
i sint. id est minus .c. aureis
hēbant substantiam. sic enim legis
papie summam interpretati
sumus. ut pro mille sestertiis
unus aureus computetur.
nullum locum hēt patronus
in eorum successionem si tamen
testamentum fecerint. sin autem
intestati decesserint. nullo re
licto liberorum. tunc patro
natus ius quod erat ex lege .xii.
tab. integrum reseruauit.
∴ Cum maiores uero centenari
i sint. si heredes uel bonorum
possessores liberos hēant. siue
unum siue plures cuiuscumque
gradus. ad eos successi
ones peruenire dedimus.
omnibus patronis una cum sua
progenie semotis. ∴ Sin autem
sine liberis decesserint. si quidem
intestati. ad omnem heredi
tatem patronos patronasque
uocamus. ∴ Si uero testamen
tum quidem fecerint. patro
nos autem uel patronas preterie
rint. cum nullos liberos ha
berent. uel habentes eos exheredant.

composuimus. et ut credo hec sunt in multis locis. ut C. e. t. l. in prin. et C. de R. ag. sunt. § fi. sic est. interpositiue locum. et in hoc non corrigit lex papia. et uero quod prodest pauperes filio lib. sic et al. C. de epis. et cle. l. si quis et c. sin autem. | gl. autem intestati. s. isti minores libri cente narii | reseruauit. s. nam constitutio. s. ut in totum succedat. ut C. e. in prin. | possessores. i. filios emancipatos. ut C. de his qui ad ... quod emancipati

omnibus. s. nunquid eo mo riente filio quod de libertis promittit patrono. et sic. ut ... in fi. l. ex. uocamus et ante fieri libri quod dicitur C. t. l. i. fi. l. ix. fecerint. l. ad generos.

debebatur. ex l. papia.



[illegible]

uerint. uel mater siue auus
maternus eos preterierit ita ut
iuste non possint argui in-
officiosa eorum testamenta.
tunc ex nostra constitutione per
bonorum possessionem contra
tabulas non dimidiam ut
antea sed etiam partem bonorum
liberti consequuntur. uel quod deest
eis ex constitutione nostra
repleatur. Si qui minus
tertia parte bonorum suorum
libertus uel liberta eis reliquerit
ita sine onere ut nihil liberis
liberteue ex ea parte legata pre-
stantur uel fideicommissa. sed ad
eorum coheredes hoc onus re-
dundaret. aliis multis casi-
bus a nobis in prefata constitu-
tione congregatis quos neces-
sarios esse ad huiusmodi iuris
dispositionem perspeximus. ut tam
patroni patroneque quam
liberi eorum. necnon qui ex trans-
uerso latere ueniunt usque
ad quintum gradum ad suc-
cessionem libertorum uocen-
tur. sicut ex ea constitutione in-
telligendum est. ut si eius-
dem patroni uel patrone

uel duorum duarum pluriumue
sint liberi. qui proximior est
ad liberti sui liberte uocetur
successionem. et in capita
non in stirpes diuidatur
successio. Et eodem modo in
his qui ex transuerso latere
ueniunt seruando. pene enim
consonantia iura ingenu-
itatis et libertinitatis in suc-
cessionibus fecimus. Sed
hec de his libertinis hodie dicen-
da sunt. qui in ciuitatem
romanam peruenerunt. cum
nec sint alii liberti simul et
dediticiis et latinis sublatis
cum latinorum legitime suc-
cessiones nulle penitus er-
ant. qui licet ut liberi ui-
tam suam peragebant. atta-
men ipso ultimo spiritu simul
animam atque libertatem
amittebant. et quasi seruorum
ita bona eorum iure quo-
dammodo peculii ex lege
iunia norbana manumis-
sores detinebant. Postea
uero senatusconsulto largiano
cautum fuerat ut liberi man-
umissoris non nomi-

[illegible]

nominati q. h. t. dic. ut s. de exher. li. § i. cor. s. manumissor. | quibus s. latinis. ad civitatem i. ut cives romani efficerentur impetrando vel auctoritate anulorum vel naturales qui invito patrono non est faciendum ut ff. de natal. re. l. ii. i.

pertineat. nulla s. facta assignatione. eius s. patroni. | filio et postumo ut ff. e. l. si. | libertos. nam in uno non est necesse | evanescere ff. e. uti. § to. p. p. i. nisi et emancipatione assignatio licet emancipatione hic praeterea si antea fuit facta ut h. ar. ff. de arbi. non distinguentur § compromissio vel.

si. et. p. et. si. | constitutione. c. de latinis libertis tollendis magis constitutione | adiectionibus. s. x. l. ii. | casibus. ut c. de latinis libertis tollendis per totum.

nominatim exheredati fuerint extraneis heredibus in eorum bonis latinorum proponerentur. quibus supervenit et divi Claudii edictum, qui eundem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem venire ex principis beneficio festinabat, faciebat quidem vivum romanum civem, latinum autem morientem. Sed nostra constitutio propter huiusmodi condicionum vices et alias difficultates cum ipsis latinis et legem Iuniam Norbanam et senatus consultum Largianum et edictum divi Claudii in perpetuum deleri censuimus, ut omnes liberti civitate romana fruantur, et mirabili modo quibusdam adiectionibus ipsas vias que in latinitatem ducebant ad civitatem romanam capiendam transposuimus.

De liberto uno ex heredibus assignato.

In summa se ad bona libertorum attinet admonendi sumus senatus consultum censuisse, ut quamvis ad omnes patroni liberos qui eiusdem gradus sunt equaliter bona libertorum pertineant, tamen liceret parenti uni ex liberis assignare libertum, ut post mortem eius solus is patronus habeatur cui assignatus est, et ceteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona nulla assignatione interveniente pariter admitterentur, nichil iuris in his bonis habeant. Sed ita demum pristinum ius recipiunt, si is cui assignatus est decesserit nullis liberis relictis. Nec tantum libertum, sed et libertam, et non tantum filio nepotive, sed et filie neptive assignare permittitur. Datur autem hec assignandi facultas ei qui duos pluresve liberos in potestate habebit, ut eis quos in potestate habet assignare libertum libertamve liceat. Unde querebatur, si eum cui assignaverit postea emancipaverit, an non evanescat assignatio. Sed placuit evanescere, quod et Iuliano et aliis plerisque placuit. Nec interest testamento quis assignet

In summa. senatus consultum hoc non habemus nisi ff. e. l. i.

dic s. ar. quod in lege continetur non dicit si assignationem in emancipatum s. an soli in potestate fieri possit s. non in dicta l. de arbitris dicat solum compromissum s. non compl. s. az. dicit.

ubi. t. z. initium. ut ff. e. l. i. § assignare. et preter. ut ff. e. assignare | Ius bo. i. bonorum possessio que est ius persequendi retinendique patrimonii quod cuius fuit cum is moritur. ut ff. e. t. ii. § bonorum. emendandi. i. supplendi. iuris quia bona non dividebat ad plenum dixit ius civile si cognitiones emancipatos ut s. de her. ab in. § emancipati. ff. ad l. io. § ult. § i. et ult. Si ius dic emendandi preter ut in agnatis. Sed vir ius pretor ius civile dixit. ut s. de legit. agn. suc. § sed qui et in postumo ut in. pr. emendavit. expone ut s. | si postumo s. de l. § postumi. ff. lo. ut ibi. postumi quasi sic dic ut s. de l. § postumo honorario ff. e. ii est. § ii. [illegible] specialis ex illa regula excepit. per ipsum preterem. possidet. ta. s. h. i. s. primum

aut sine testo. h. e. quibus ubi h. patronus permittit.

Eadem etiam ipso senatusconsulto q. et claudiani temporibus factum est sub ipso iuristo russo et hosterio scapula consulibus.

De bonorum possessionibus

Ius bonorum possessionis introductum est a pretore emendandi veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus ius eo modo pretor emendavit sicut supra dictum est, sed in eorum quoque qui testo facto decesserint. Nam si alienus postumus heres fuerit institutus, quamvis hereditatem iure civili adire non poterat, cum institutio non valebat, honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a pretore adiuvabatur. Sed hic a nostra constitutione hodie heres recte instituitur, quasi et iuri civili non incognitus. Aliquando tamen neque emendandi neque impugnandi veteris iuris, sed magis confirmandi gratia pollicetur pretor bonorum possessionem. Nam illis quoque qui recte facto testo heredes instituti sunt, dat pretor secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos heredes et agnatos ad bonorum possessionem vocat. Sed et remota quoque bonorum possessione ad eos hereditas pertinet iure civili. Quos autem pretor solus vocat ad hereditatem, heredes quidem ipso iure non fiunt. Nam pretor heredem facere non potest. Per legem enim tantum vel similem iuris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsulta et constitutiones principales. Sed cum eis pretor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur et vocantur bonorum possessores. Adhuc autem et alios complures gradus pretor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat ne quis sine successore moriatur. Nam angustissimis finibus constitutum per legem xii tabularum ius percipiendarum hereditatum pretor ex bono et equo dilatavit.

remotam. quia quoque fecit pretor ut successoribus non ampliaretur. sic ff. de l. § cum filii. § tantum. ar. ff. unde cog. l. i. vel s. § si agnati. quos ad hereditatem. i. ad successionem ut emancipatos ab intestato et cognatos per senatusconsulta civilia et orfic. | constitutiones. ut c. de suis et legitimis l. si. | complures. quam lex xii tabularum ius. quam s. dixit. ne quis. sic ff. de inofficioso testo l. i. et quia. Nam angustissimis. nam sui heredes et agnati tantum succedebant de iure civili ius integrum hereditatis. de aliis [illegible] ut s. de her. ab in. § i. et de legit. agn. suc. in pr.

confirmatione vel gratia. ut s. de l. § postumus incognitus. si cognitus. Nam confirmatione sunt de iure civili. ut s. de iure naturali. § ius autem civile. aliquando emendandi. ut ff. e. l. ii. emendandi. i. supplendi. impugnandi. ut s. pr. si. in impugnandi. i. corrigendi iuris civilis. possessionem non ut infra probatur.

o. preterit. sui emancipati sui non. ut c. de lib. preteritis l. maximum vitium in pr. ac

tabulas. sed quid dicitur ... contra tabulas ... ut C. de ... l. i. in prin. ... duas hic ... de iure ...
... ab intestato ...

manumissori. ex tunc ... quinto ... ut dicit ... extraneus manumissor ... emancipatus ... praetor ... avi emancipatoris nepotem praecedere ... novit ... personae ... contra tabulas. [illegible]

emancipati. ut ad instar patronum. ut ff. si a pa. quis manu. l. i. et ar. ff. de bonis dam. l. fi. Contra tabulas ... [illegible]

Sunt autem bonorum possessiones
ex testamento quidem hae. Prima
quae praeteritis liberis datur vocaturque
contra tabulas. Secunda quam omnibus
iure scriptis heredibus praetor
pollicetur ideoque vocatur secundum
tabulas testamenti. Et cum de testamentis
prius locuti sumus, ad intesta-
tos transitum fecimus. Et primo
loco sunt heredibus et his qui
ex edicto praetoris inter suos con-
numerantur dat bonorum pos-
sessionem quae vocatur unde liberi.
Secundo legitimis heredibus. Ter-
tio decem personis quas extraneo ma-
numissori praeferebat. Sunt
autem decem personae hae: pater
mater, avus avia tam pa-
terni quam materni, item filius
filia, nepos neptis tam ex
filio quam ex filia, frater so-
ror sive consanguinei sive uteri-
ni. Quarto cognatis proxi-
mis. Quinto tum quem ex fa-
milia. Sexto patrono
patronae liberis eorum et parentibus.
Septimo viro et uxori.
Octavo cognatis manu-
missoris. Sed eas quidem
praetoria induxit iurisdictio.

A nobis tamen nihil incuriosum
praetermissum est, sed nostris con-
stitutionibus omnia corrigen-
tes contra tabulas quidem
et secundum tabulas bonorum possessiones ad-
misimus utpote necessarias con-
stitutas, nec non ab intes-
tato unde liberi et unde legitimi
bonorum possessiones. Quae autem
in edicto praetoris quinto loco po-
sita fuerat, id est unde decem personae,
eam pio proposito et compendioso
sermone supervacuam osten-
dimus. Cum enim praefata bonorum
possessio decem personas praeponebat
extraneo manumissori, nostra
constitutio quam de emancipatione
liberorum fecimus omnibus parentibus
eisdemque manumissoribus
contracta fiducia manumissio-
nem facere dedit, ut ipsa manu-
missio eorum hoc in se habeat
privilegium et supervacua fiat
praedicta bonorum possessio. Sublata
igitur praefata quinta bonorum pos-
sessione in gradum eius sextam
antea bonorum possessionem indui-
mus et quintam fecimus quam
praetor proximis cognatis polli-
cetur. Cumque antea fuerat

[illegible]

filium a patre et postea manumittebat ... emancipatio ... ut C. ... personis ... cognatis ... ex familia ... personae liberto moriente intestato ... defuncto ... cum testamento ... patroni ... agnatis ... vel ... cum non ... debent ...

sexto personae qui primo agnati patroni vocantur quam ipsi patroni ... hic ordinem edicti servat non qualiter succedi debeat ... in aliis casibus invenies ar. ... septimo. deficiente parentela et fisco excluso ut C. unde vir et uxor l. i. sed certe ... bonorum possessio.

septime. introduxerunt. ut. ff. ut legat. seu. q. l. i. i. r.
ut detur. c. bonor. pos. & no. duo ce. uetti. ut h bonor.
pos. operet. c. q. lege cauetur ut bonor. pos. detur. & q
de iure detur. ciuili. nō potest succede. al' operet. vn le
git. l. ii. & ff. ut ex h ede. q. l. i. p. fi. lege ponit quia
est ex testo. ut. c. de inof. t. l. iii. p. sz tunc exeo q fi
tur netur in puppo psumit institutus ab intesta
to ponit ex. in agnatis deuolat & ibi dici contigit qui ex

premunt. ut. s. de suc. h. p. unic.
sufficit. tam contra tabulas quam agnatis. proem
cy. p.

septimo loco bonorum posses-
tum quem ex familia & octauo
vnde liberi patroni patroneque
& parentes eorum per uniuersa? per con-
stitutionem nostram quam de iure pa-
tronatus fecimus penitus eua-
cuauimus. Cum enim ad similitudi-
nem ingenuorum libertinorum
successiones posuimus quas
usque ad quintum tantummodo gradum
coartauimus ut sit aliqua
inter ingenuos & libertos dif-
ferentia. sufficit eis tam contra
tabulas bonorum possessio quam
unde legitimi & unde cognati ex
quibus possint sua iura uen-
dicare omni scrupulositate
& inextricabili errore
duarum istarum bonorum possessionum
resoluta. Aliam uero bonorum
possessionem que unde uir & ux-
or appellatur & nono loco inter
ueteres bonorum possessiones posita
fuerat & in suo uigore re-
seruauimus & altiori loco
id est sexto eam posuimus. De-
cima ueterum possessione bonorum
que erat unde cognati ex-
nec manumissoris propter
causas enumeratas merito sublata

ut vi. tantummodo bonorum posses-
nes ordinarie permaneant
suo uigore pollentes. Sep-
tima eas secuta quam optima
ratione pretores introduxerunt
nouissimo promittitur edicto
his & bonorum possessio quibus
ut detur lege uel senatus
consulto uel constitutione compre-
hensum est. quam neque bonorum
possessionibus que ab intesta-
to ueniunt neque hiis que pos-
sessiones ex testamento sunt. pretor
stabili iure connumerauit. sed
quasi ultimum & extraordinarium
auxilium prout res exigit
accomodauit. scilicet hiis qui
ex legibus senatusconsultis con-
stitutionibus principum nouo iure
uel ex testamento uel ab intestato
ueniunt. Cum igitur plures
species successionum pretor intro-
duxisset easque per ordinem
disposuisset & in unaquaque
specie successionis sepe plures
extent dispari gradu persone.
ne actiones creditorum diffe-
rantur sed haberent quos conueni-
rent & ne facile in posses-
sionem bonorum defuncti mitt-

aliis tal / contra. / hinc the / q dmg / niores / auctori / loco se- / de deberet / & ideo / or quo / prior e / dno tito / nes uo / posteriori / ut. c. de / tiroinibz / l. fi. & ff. / de ag. plu. / l. i. p. plt. / & c. de uet. / tes. pru / i. potiore.

decima. / vn dito / sexto po / in. & ho / dito sb / lata. de / causa. & / uetatur

s. p. cuius. p.

tionem. agnatis / similes. ut. s. de / ag. suc. p. nos. / & ut vtrum rep to. cx / nulla. l. ex ipse dat / supdo est bonor. pos. / sz est succede dicit. go / nō datur h septia. / sz unde legit. ut. ff. / vn legit. l. iii. pone / go ex testo impos / timo alieno. ut. s. / c. p. i. sz tam exte / tamo quam ab inte / stato. pone ex. in eo / q dederat apud bo / ter uicum bonis da / tur bonor. pos. ex / l. noua. to. ut / vt. ff. de bonor. pos. / l. iii. p. ol. & eius ac / senatus consultus. / or phitiano & tu / liano. v. ff. vn. leg. / l. ii. in pn. p. fi. na / est detur bonor. pos. / sexto. l. tu succede / bat de iure ciuili. v / s. ad tuit. in pn. di / go h dica. ut ff. vn le / git. l. ii. constitutione po / nunt ex. s. de l. ag. / suc. p. h & sz. c. de / ueta. l. fi. sz h rep / ba. tum lege nō ca / uet est dari bo. pos. / vn h unt. vn legiti / mi. ut. ff. vn legit. l. / iii. potest tam dici q d i / subaudiatur max / ime l' melius dic / si alius nouum esto.

at ille cum tale continere dicitur. ut. ff. de bo.
pos. l. in. p. si ta. & qms oreo. in bo. pos. s. l. ii.
p. dicit. & p. in bonor. p. cum go psco. ex. x.
ch. quum tenuissimt ordinarie. ut. s. c. p.
alio s. ut ad p. septia. dissoluimus alio modo
medio tam de testo operat ut dixi. s. c. p. sex.
differentie sit. ff. de suc. e. l. i. i. r.

de nouo fieret quarum bonor. pos. exea detur h septim.
extraordinarium. sz duobus modis. dici. bo. pos. que or. ex
traga. ut hic. sz ex nō competit ut. ut tali bonitum & si
neuter mitatur in possessionem. cum tum dat gratia agnoscere
de quo cum tale continere dicitur. ut. ff. e. l. iii. p. te. & de uict
in pos. unt. l. ubi. cum. p. in bonis. & de inof. t. c. pap. p. i.

libris naturalibus et emancipatis et emancipatis. ut
ff. de suis et l. l. i. § si. annum. in prima iure sanguinis intuitu
ei videtur contradicendi. cum vetius ad persona ve-
nientes. ut ff. de suis et l. l. i. § longius et de lib. et po. in
suis. accrescat. preterea cum non petierint accrescunt
petentibus. ut C. qui non pe. p. pr. ac. l. i. ex successorio.
hoc intellige in cognatis. sed inter agnatos successorium
edictum locum non habebat. sed hodie utrumque locum habet.
ut s. de her. ab in.

omnes res. et et filii res. de ad op. § illud. et cor-
poralis. C. arrogantis et arrogati. quaeque. i. inter
venit per capitis di. minima. ut ad et mandatur arro-
gatori. ut ea di. patitur. ut s. de capi. di. minima
operarum. hoc intellige de oper. que alibi debentur et
non transeunt ad heredem extraneum. ut dixi ob spe-
ciales que in faciendo consistunt arriuge et similia. ut t.
de oper. liber. l. libertus. idem in tabulariis. artis.

ut s. de her. ab in.
§ placebat. pollu-
cetur. i. pro. vi cet
excluditur tamquam
filius admitti potest
vel ut agnatus et
excluditur. ut ag-
natus admittatur non
cognatus ut si suc-
cedere videatur. ut
ff. de suc. e. l. i. § sed
videndum. repu-
diaverit. i. sumum
tempus. admit-
tuntur. ut C. e. l. f.
in petendis utiles.
in quibus tamen con-
currere oportet que
copia sit. sed actio-
nis. item vel. ut
ff. de divi. et t. § i.
l. et ff. quis ordo in
bo. pos. § i. et in
pri. et s. dies. pre-
cipere. qui admitte-
re bo. pos. l. § et
si. per petenda. cum
enim ius ordinarium que
edictum novum prode-
rit oportebat hunc
si erat ventre petere
ut ff. de bonor.
pos. l. in. § sed si
nemo. alias de tribu-
bus qui a pretore vindicare
decernuntur. et hoc olim
solemne hodie
sufficit quamvis
non dicat se velle
agnoscere que et tan-
dum tali dicta pos.

tantur. et eo modo sibi consule-
rent. Sed in petende bonorum
possessionem certum tempus dif-
finivit. liberis itaque et parenti-
bus tam naturalibus quam adop-
tivis in petenda bonorum posses-
a ex successorio edicto non petie-
rit eiusdem gradus personis ac-
crescat. vel si nemo sit deinde
ceteris proinde bonorum pos-
sessionem ex successorio edicto pol-
licetur ac si is qui precedebat ex
eo numero non esset. Si quis itaque
delatam sibi bonorum possessionem
repudiaverit non quousque tempus
bonorum possessionis prefinitum
excesserit expectatur. sed statim
ceteri ex eodem edicto admit-
tuntur. In petenda autem bonorum
possessione dies utiles singuli
considerantur. Sed bene anteriores
principes et huic cause provi-
derunt. ne quis pro petenda
bonorum possessione curet. sed
si quocumque modo admittendi
eam indicium intra statuta
tamen tempora ostenderit ple-
num habeat earum beneficium. **De ac-**
Est et alterius generis **quisitione**
per universitatem **per arrogationem**
annum spatium. ceteris autem ag-
b natis et cognatis centum die-

successio. que neque lege XII ta-
bularum. neque pretoris edicto. sed eo iure quod
consensu receptum est intro-
ducta est. Ecce enim cum paterfamilias
sese in arrogationem dat. omnes
res eius corporales et incor-
porales quaeque ei debite sunt.
arrogatori quidem antea
pleno iure adquirebantur.
exceptis solis his que per capi-
tis diminutionem pereunt.
quales sunt operarum obliga-
tiones. que libertus ei prestare debet
et ius agnationis. usus etenim
et ususfructus licet his an-
tea connumerabantur. attamen capi-
tis diminutione minima eos
tolli nostra constitutio prohi-
buit. Nunc autem nos e-
andem adquisitionem que
per arrogationem fiebat coar-
tavimus ad similitudinem na-
turalium parentum. nihil
enim aliud nisi tantummodo ususfruc-
tus tam naturalibus parentibus quam
adoptivis per filiosfamilias adqui-
ritur in his rebus que ex-
trinsecus filiis obveniunt.
dominio eis integro servato.
Mortuo autem filio arrogato
rum dedit. et si intra id tempus
aliquis bonorum possessionem

ut t. de oper. li.
l. si operarum indictio
aliud sit adquirit
ut arrogatum
operas alteri vis.
statim vel arro-
gatori que veniunt.
tamen iustum agna-
tionis. i. ius succe-
dendi. quod quis per
agnationem consequi-
tur. et hoc hodie est
ut s. e. § mortuo.
item ius petendi. bo.
pos. per pr. si autem
etiam petierint. ad
arrogatorem transibit.
alias sua petit.
ut ff. de bo. lib. l. i. et
et cum. l. sin. § si e-
mancipatus. co-
dex. C. de usuf. l.
cum. nunc autem
adquiratur ei. ut
s. dixi. quia omnes
res adquirebantur
arrogatori. nostra
alia. vel in adven-
ticiis. tamen ususfructus.
ut C. de bonis que li.
l. cum oportet. § mor-
tuo. ut decernitur
ter. ex filio arro-
gato. ut C. communia de
suc. l. si. vel constituto
de qua fit hic mentio.
sed si hic arrogato
ecce duplices. et in
pluribus decretis adven-
ticiis. alii et ex
simpl. ut ff. de ad

opus in iudiciis presentia agnoscitur. ut h. et C. qui ad-
mitti ad bo. pos. l. pl. et fi. sed numquid hodie bo. pos.
locum habet. Respondeo. sed non ea in cessione cum potior est quam ta
necessarii et eo filio emancipato a patre. sed vel uni et
uxori. non inde est ut olim aliter. ut olim erat necessarie.
sed non hodie eis tamen uti possunt. ar. C. cum novus mo-
dus succedendi sit inventus. ut s. de her. ab in. per-
totum. C. in dictum. contrarium quotum indice.

op. e. l. non aliter. h. l. huius libri. et l. hoc autem et s.
de adop. § cum autem. sed numquid impubes filius. adquiritur
arrogatori etiam emancipatus. Respondeo. § cum prius ar-
rogatum. sed hodie tres utrumque quinti notantur:
tamen arrogator. ut in au. de her. ab inte. § cum.

sit et alter inter successio. ut ff. pro soc. l. actione
§ societas.

no possunt. ut in adventitiis. § sed cum s(?) non antiquitur. Si nullus agnati. et cognati huius filii. hodie vocantur. unde patre suo arrogante. ut ff. sic in aut. de her. ab intestato. § consequenter.

Si virginio. nemine. i. vendi. § donec. si creditoribus. ut pignoribus. ut fide hi. ut ff. de fidei. co. l. i. iiii. § adhuc creditoribus ut omnibus. vel uni nomine omnium. ut ff. ut. ff. de fidei. co. l. iiii. § creditoribus.

§ Sed ex. conveniuntur. de iure non tenetur. de iure. si debitum quod contraxit pater arrogatus de peculio. ut ff. de peculio. l. i. in arrogatore. et filii nomine de peculio. ff. unde cognati. ex. ca. i. potest ea fuisse. § si quis.

accessit novum. et hic continet modus de eo cui libertatis causa bona addicuntur. ut. § pro(?). parte. ac. ff. de. conditione tutoris

in adoptivam familiam. et
devolvebantur ad arrogatorem
praeterquam si qua supersint alie persone
que ex nostra constitutione patrem
in huiusmodi adquiri non
possunt antecedunt. § Sed
ex diverso pro eo quod is debuit
qui se in adoptionem dedit
ipso quidem iure arrogator
non tenetur. sed filii nomine conve-
nietur. et si noluerit eum
defendere. permittitur credi-
toribus per competentes nostros
magistratus. bona eorum cum
usufructu futura fuissent si se
alieno iuri non subiecisset
possidere et legitimo modo ea dis-
ponere.

De eo cui libertatis causa bona addicuntur.

Accessit novus casus succes-
sionis ex constitutione divi Marci.
Nam si hi qui liberta-
tem acceperunt a domino in
testamento ex quo non aditur he-
reditas et velint sibi bona ad-
dici libertatum conservan-
darum causa audiuntur. et ita rescrip-
to divi Marci ad Pompi-
lium Rufum continetur. § Ver-
ba rescripti ita se habent. Si
Virginio Valenti qui testamento
suo libertatem quibusdam
adscripsit. nemine successo-
re ab intestato existente
in ea causa bona esse ceperunt
ut venire debeant. is cuius
de ea re est notio aditus
rationem desiderii tui habebit
ut libertatum tam earum
que directo quam earum que per
fideicommissi speciem relicte
sunt tuendarum gratia addi-
cantur tibi bona. si idonee
creditoribus caveris de solido
quod cuique debebitur solvendo. et
hi quidem quibus directa
libertas data est perinde liberi
erunt ac si hereditas adi-
ta esset. hi autem quos heres roga-
tus est manumittere a te
libertatem consequentur. ita ut
si non alia condicione velis
tibi bona addici quam ut
etiam qui directam libertatem acce-
perunt tui liberti fiant
nam et huic voluntati
tue. Sed hi de quorum
statu agitur consentiunt
auctoritatem nostram accommo-
damus. et ne huius rescriptionis

addita. vel non habet. ex lege repetitione. quia tutius sibi viro(?) erit. ut ff. de fideic. li. l. iiii. § hec. liberti. vel audi hi est contrarium. si opus. in quorum. ab eo manumissus imponitur. ff. de op. lib.

verba sunt. i. e. § si virginio. ceperunt. de me necesse. invento. id est pupillum etiam cum per tenta bona hac contemplatione. ut. C. de test. ma. l. f. aditur. C. ab intestato hereditas quomodo gravius quam heredi(?) est ut. C. de fidei co. certum quia hic specie.

li. sicut habet. i. tamen huic. sub audi. consentiunt. consentient. alias in statu re manent. et quem voluit heres proprium libertum facere. ut. C. de manu. te. l. si. § in. accommodamus. ff. de fidei co. li. l. iiii. § hic tamen.

attendunt ut petitores vel . scilicet cum
vel quibus competunt libertates.
cogendas. i. accipiendas per fiscum.
addicta erit. olim cui primus filius ad
[illegible] . bona non addictis dominio
cedit [illegible].

gloss: soluendo vel ab intestato. ab alio [illegible] nisi [illegible] ut ff. de fidei. c. h. l. iii. hodie tamen [illegible] addicuntur [illegible] ut C. de test. man. l. si. §. ult. [illegible] i. uideat [illegible] libertatem.

nisi emolumentum aliqua ide
terrtium fieri. Si fiscus
bona agnoscere noluerit. et
hii quibus rebus [illegible]
sciant quomodo petitionem
perferant. libertatis causa et
ita bona cogenda. ut libertates
ut testatori fieri (?) qui eam
adipisci potuerint. si heredi-
tas ex testamento adita esset. Hoc
rescripto subuentum est et
libertatibus et defunctis. ne bo-
na eorum a creditoribus possi-
deantur et ueneant. certe
si fuerint ex hac causa bona addi-
cta. cessat bonorum uenditio. Extit-
tit enim defuncti defensor
defensor. et quidem idoneus
qui de solido creditoribus
cauet. In primis hoc rescrip-
tum totiens locum habet.
quotiens testamento libertates
date sunt. Quid ergo. si quis
intestatus decedens codicillis
libertatem dederit. neque adita
sit ab intestato hereditas.
fauor constitutionis debet
locum habere. Certe si testa-
tus decedat et codicillis lib-
ertatem dederit. competere eam
nemini dubium est. Tunc
constitutioni locum esse uerba os-
tendunt. cum nemo suc-
cessor ab intestato existat.
ergo quamdiu incertum sit
utrum existat an non.
cessabit constitutio. Si certum
esse ceperit neminem extare.
tunc locus erit constitutioni. Si
is qui in integrum resti-
tui potest abstinuit se ab
hereditate. an quamuis in in-
tegrum potest restitui. potest
admitti constitutio. et addictio bonorum
fieri. Quid ergo. si post addictionem
libertatum conseruandarum
causa factam integrum sit re-
stitutus. utique non erit
dicendum reuocari liberta-
tes. que semel competierunt.
Hec constitutio tuendarum liber-
tatum causa introducta est.
ergo si libertates nulle sint
date. cessat constitutio. Quid
ergo. si viuus libertates de-
dit uel mortis causa. et ne de
hoc queratur. utrum in frau-
dem creditorum an non factum
sit. idcirco uolunt sibi addi-
ci bona. an audiendi sunt.

successor. nunquid ex testamento. uel ab in-
testato. et erit idem [illegible]. neutrum dici
potest. dico quod hunc animo mihi successor esse
esse sicut et illum qui succedit heredem non
implente defuncti uoluntatem. ut in aut.
de her. et fal. §. in omnibus et
uiuu se (?) [illegible] ut C. de
[illegible] ff. de fidei. c. h. l. iiii. §. si
uerie. sic de. [illegible] de furti sonibus
[illegible] si fiebat per lo. [illegible] uen. ex. sc. c. claudiano. et si nec (?) [illegible] sicut ff. de fidei c. h. l. iii. §. 1.

[illegible marginal notes]

Sed cum divisiones i. casus constituto. C. de iure ma. l. f. Spec. i. casus.

Erant. et aliae duae emptio i. vendendo ut sequitur ... ambages ... [illegible gloss]

ordinaria i. sollempnia

[illegible gloss]

et magis est ut audiri debeat aut et si destituant ubi accipiat? Sed cum unitas dum sionis huius constitutionis decrepti, lata a nobis est plenissima constitutio in qua multae species collatae sunt quibus huiusmodi successionis plenissime est effectus, quam ex ipsa lectione constitutionis potest quis cognoscere.

De successionibus sublatis quae fiebant per bonorum venditionem et ex senatusconsulto claudiano

Erant autem ante praedictam successionem olim et aliae per universitatem successiones. Qualis fuerat bonorum emptio quae de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuerat introducta et tunc locum habebat quando iudicia ordinaria in usu fuerunt. Sed cum extraordinariis iudiciis posteritas usa est, ideo cum ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorum venditiones exspiraverunt et tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona possidere et prout eis utile visum fuerit ea disponere, quod ex latioribus digestorum libris apparebit. Erat autem ex senatusconsulto claudiano per universitatem miserabilis adquisitio, cum libera mulier servili amore bacchata ipsam libertatem per senatusconsultum amittebat et cum libertate substantiam. Quod indignum nostris temporibus esse existimantes et a nostra civitate deleri et non inseri nostris digestis concessimus.

De obligationibus

Nunc transeamus ad obligationes. Obligatio est iuris vinculum quo necessitate astringimur alicuius solvendae rei secundum nostrae civitatis iura. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur: namque aut civiles sunt aut praetoriae. Civiles sunt quae aut legibus constitutae aut certe iure civili comprobatae sunt. Praetoriae sunt quas praetor ex sua iurisdictione constituit, quae etiam honorariae vocantur. Sequens divisio in quattuor species deducitur: aut enim ex contractu sunt aut quasi ex contractu aut ex maleficio aut quasi ex maleficio.

bona i. omnia ... [illegible gloss]

Summa i. brevis ... divisio ... [illegible gloss]

Obligationibus. Dicitur est ... [illegible gloss]

Nunc transeamus. obligo ... [illegible gloss]

[illegible marginal notes]

Prius est ut de his que ex contractu sunt dispiciamus. Harum eque quatuor sunt species: aut enim re contrahuntur aut verbis aut litteris aut consensu. de quibus singulis dispiciamus.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

Re contrahitur obligatio veluti mutui datione. Mutui autem obligatio in his rebus consistit que pondere numero mensurave constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ere, argento, auro, quas res aut numerando aut appendendo aut metiendo in hoc damus ut accipientium fiant. Et quandoque nobis non heedem res sed alie eiusdem nature et qualitatis reddantur. Unde et mutuum appellatum est quia ita a me tibi datur ut ex meo tuum fiat. Et ex eo contractu nascitur actio que vocatur condictio.

Is quoque qui non debitum accepit ab eo qui per errorem solvit re obligatur, daturque agenti contra eum propter repetitionem condicticia actio. Nam proinde ab eo condici potest si apparet eum dare oportere ac si mutuo accepisset. Unde pupillus si ei sine tutoris auctoritate non debitum per errorem datum est non tenetur indebiti condictione magis quam mutui datione. Sed hec species obligationis non videtur ex contractu consistere, cum is qui solvendi animo dat magis distrahere voluit negotium quam contrahere.

Item is cui res aliqua utenda datur, id est commodatur, re obligatur et tenetur commodati actione. Sed is ab eo qui mutuum accepit longe distat. Nam non ita res datur ut eius fiat, et ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidem qui mutuum accepit si quolibet fortuito casu quod accepit amiserit, veluti ruina, incendio, naufragio aut latronum hostiumve incursu, nilominus permanet obligatus. At is qui utendum accepit sane quidem exactam

exactissimam diligentiam custodiende rei prestare iubetur: nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse quantam in suis rebus adhibere solitus est: si modo alius diligentior poterit eam rem custodire. Sed propter maiorem vim maioresve casus non tenetur: si modo non huius ipsius culpa is casus intervenerit. alioquin si id quod tibi commodatum est peregre tecum ferre malueris et vi hostium predonumve vel naufragio amiseris: dubium non est quin de ea re restituenda tenearis. Commodata autem res tunc proprie intelligitur: si nulla mercede accepta vel constituta res tibi utenda data est. alioquin mercede interveniente locatus tibi usus rei videtur. gratuitum enim debet esse commodatum.

Preterea et is apud quem res aliqua deponitur re obligatur et actione depositi. quia et ipse de ea re quam accepit restituenda tenetur. Sed is ex eo solo tenetur si quidem dolo commiserit: culpe autem nomine id est desidie atque negligentie non tenetur. Itaque securus est qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradidit: sue facultati id imputare debet.

Creditor quoque qui pignus accepit re obligatur: quia et ipse de ea re quam accepit restituenda tenetur actione pigneraticia. Sed quia pignus utriusque gratia datur: et debitoris quo magis pecunia ei crederetur: et creditoris quo magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere quod ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhiberet. quam si prestiterit et aliquo fortuito casu rem amiserit: securum esse nec impediri creditum petere.

De verborum obligatione.

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione et responsione cum quid dari fierive nobis stipulamur. Ex qua due proficiscuntur actiones: tam condictio si certa sit stipulatio quam ex

Ex stipulatu ... [illegible]

[illegible gloss]

Confestim ... [illegible gloss]

stipulatum ii inde ... que hoc nomine utitur inde quia stipulum apud veteres firmum appellabatur forte a stipite descendens. In hac re olim talia verba fuerunt tradita: Spondes? spondeo. Promittis? promitto. Fideiubes? fideiubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam. Utrum autem latina an greca vel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur nichil interest, scilicet si uterque stipulantium intellectum huius lingue habeat. Nec necesse est utrumque eadem uti lingua, sed sufficit congruenter ad interrogatum respondere. Quinetiam duo greci latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hec sollempnia verba olim quidem in usu fuerunt; postea autem Leoniana constitutio lata est que sollempnitate verborum sublata sensum et consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, licet quibuscumque verbis expressum fuit.

Omnis stipulatio aut pure aut in diem aut sub condicione fit. Pure veluti v aureos dare spondes? idque confestim peti potest. In diem cum adiecto die quo pecunia solvatur stipulatio fit, veluti x aureos primis kalendis martiis dare spondes? Id autem quod in diem stipulamur debetur quidem statim, sed peti prius quam dies veniat non potest; ac ne eo quidem ipso die in quo stipulatio facta est peti potest, quia totus dies arbitrio solventis tribui debet. Neque enim certum est eo die in quo promissum est datum non esse, priusquam ille pretereat. At si ita stipuleris x aureos annuos quoad vivam dare spondes? et pure facta obligatio intelligitur et perpetuatur, quia ad tempus deberi non potest; sed heres petendo exceptione pacti submovebitur. Sub condicione stipulatio fit cum in aliquem casum differtur obligatio, ut si aliquid factum fuerit aut non fuerit stipulatio committatur, veluti si Titius consul fuerit factus v aureos dare spondes? Si quis ita stipuletur ...

[illegible gloss]

[illegible marginal notes]

attendo. s. posuit in affirmativa condicionem, cum in negativa. perinde. similes sunt iste due stipulationes nisi ex mortuo stipulante. nam tamen committitur stipulatio ut heredes agant. nam pot obligo ab herede sit incipe. ut i. e. ti. ab herede. l. i. [illegible]

Si in Capitolium non ascendero, [decem aureos] dare spondes? perinde erit ac si stipulatus esset cum moreretur dari sibi. Ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem in heredem transmittimus, si prius quam condicio exstet mors nobis contigerit. Loca etiam inseri stipulationi solent, veluti Carthagine dare spondes? Quae stipulatio licet pure fieri videatur, tamen re ipsa habet tempus iniectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagine dandam. Et ideo si quis ita Romae stipuletur: hodie Carthagine dare spondes? inutilis erit stipulatio, cum impossibilis sit repromissio.

Condiciones quae ad praeteritum vel praesens tempus referuntur aut statim infirmant obligationem aut omnino non differunt: veluti si Titius consul fuit vel si Maevius vivit, dare spondes? Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habent, statim valet. Quae enim per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint.

Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta: ut si stipulemur aliquid fieri vel non fieri. Et in huiusmodi stipulationibus optimum erit poenam subicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit ac necesse sit actori probare quod eius intersit. Itaque si quis ut fiat aliquid stipuletur, ita adici poena debet: si ita factum non erit, tunc poenae nomine X aureos dare spondes? Sed si quaedam fieri, quaedam non fieri una eademque conceptione stipuletur, clausula erit huiusmodi adicienda: si adversus ea factum erit sive quid ita factum non erit, tunc poenae nomine X aureos dare spondes?

De duobus reis stipulandi et promittendi.

Et stipulandi et promittendi duo pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat spondeo: ut puta cum duobus separatim stipulantibus ita

certa sunt. ff. de reg. iur. nec ociu. ff. so. illi. ho. sunt v presentie solempnitatem exigitur ut tener intento ut. C. de testis. l. i. l loquitur in illis casibus. v certa scien. & intellis. & re presenti exigitur: ut ex ctibus puni. v. ut C. de conti. n. inunctu. v. aut in condiuonalib. nio solu. ut pulare si in caso quinti. ut dimitis... [illegible]

Si in illa q est in diem sta cuo dies si ueniat ut s. e. s. in diem. [illegible]

natiua. g uet futura. nam illa p rer naturam certa sunt. ut ff. de iud. si ex rei re stituitur. s. f. q. s. dic t illud est certum ee p rer natura. i. p solutum esu natur p cui sola p... s. sint certa & ita h accipitur. & in illa futura q. no ... se ad ueritatem. ut si mortuus est. ... no moratur obligationem. ut ff. d. q. ... ff. de nouat. l. si pupil. s. s. q. nam & ti. l. cum ... aliud e iuris natura. i. in q omnia q sunt. l' fuit. l' futura sunt certissimi p ... ntura sunt certare ... l aliud mille ... esi. ... pruna natura nati ... natura. prima est idem q ipse dos.

n ... s. a. u esse ... ad prima ex uno capite sit ... no quinti p plus. ut ff. de arbi. si duo. s. f. ut actu sit. ut plures quinti tatur: ut ff. de tut. l. ... ac.

Et stipulandi. dicitur ... in uno ... aut stipulatur aut no ... & rei ... h alium ... ut ff. e. l. i. al' reum ... debitor ... ut ff. de ... s. l. n. g. t. spondeas. h adiecto. uosimt duo rei ... ut ff. e. l. reos. s. f. spondeas ex ... lo puta si o... ad alios extraneos ... ut ff. e. duos. s. f. ... duo rei q in ... ff. e. l. iiii.

De duobus reis stipulandi & promittendi. ... stipulatione ... plures psone interueniunt ... de duobus reis ...

[illegible]

duo rei. C. de duobus reis. Et una sit obligatio. et unum rei. si fuit te[stamen]to creditores duo. ut j. e. §. ex huiusmodi. Promittendi. ... alio ut sunt vel sunt duo rei. ut ff. e. l. reos. §. ff. ... obligationibus. Hoc refertur ad reos promittendi. et ... sequitur scilicet ad reos stipulandi. ut plenius j. Ita tamen. §. Similiter. i. in utriusque obligatione. nam una est ... ad unum effectum. ut ff. e. l. iii. in fi. set plures sunt. que plures tenentur. alter ... reorum stipulandi. vel alter reorum promittendi ... [illegible]

III. heredem. ff. de iniur. l. i. §. quod autem alibi. ... in certa scientia est multiplicatio. ut j. pr. §. tamen ... libero stipulentur. ut ff. e. l. ... nullum ... nomine vel de appellativo vel proprio nomine ... adquirere ... [illegible]

promissor respondeat. utrique vestrum dare spondeo. Nam si prius Titio dare spondeat. deinde alio interrogante spondeat. alia atque alia obligatio erit. nec creduntur duo rei stipulandi esse.

Duo pluresve rei promittendi ita fiunt. Mevi. v. aureos dare spondes? Sei. eosdem v. aureos dare spondes? et respondeant singuli separatim spondeo.

Ex huiusmodi stipulationibus et obligationibus singuli in solidum tenentur promittentes. et solidum singulis debetur.

In utraque autem obligatione una res vertitur. et alter debitum accipiendo. vel alter solvendo. omnium perimit obligationem et omnes liberat.

Ex duobus reis promittendi alius pure. alius in diem vel sub condicione obligari potest. nec impedimento erit dies aut condicio quominus ab eo qui pure obligatus est petatur.

De stipulatione servorum

Servus ex persona domini ius stipulandi habet. Sed hereditas in plerisque defuncti personae vicem sustinet. ideoque quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur. adquirit hereditati. ac per hoc et heredi postea facto adquiritur.

Sive autem domino sive sibi sive conservo suo sive impersonaliter servus stipuletur. domino adquirit.

Idem iuris est et in liberis qui in potestate patris sunt. ex quibus causis adquirere possunt.

Sed cum factum in stipulatione continebitur. omnimodo persona stipulantis continetur. veluti si servus stipuletur. ut sibi ire agere liceat. ipse enim tantum prohiberi non debeat. non et dominus eius.

Servus communis stipulando unicuique dominorum pro portione dominii adquirit. nisi iussu unius eorum aut nominatim cui eorum stipulatus est. tunc enim soli ei adquiritur.

Quod servus communis stipulatur. si alteri ex dominis adquiri non potest. in solidum alteri adquiritur. veluti si res quam dari stipulatus est unius domini sit.

De divisione stipulationum

Stipulationum alie sunt iudiciales. alie pretorie. alie conventionales. alie communes tam pretorie quam iudiciales.

[illegible]

De dolo ut si ago pig. caveri ne si interuenerit dolo [illegible]

[illegible gloss]

Iudiciales sunt duntaxat que a mero iudicis officio proficiscuntur. ueluti de dolo cautio. uel de persequendo seruo qui in fuga est. uel de restituendo precio. Pretorie sunt que a mero pretoris officio proficiscuntur. ueluti dampni infecti uel legatorum. Pretorias autem stipulationes sic exaudiri oportet. ut in hiis contineantur et edilicie. nam et hee a iurisdictione ueniunt. Conuentionales sunt que ex conuentione utriusque partis concipiuntur. hoc est neque iussu pretoris neque iussu iudicis. sed ex conuentione contrahentium. quarum totidem sunt genera quot pene dixerim rerum contrahendarum. Communes sunt stipulationes ueluti rem pupilli saluam fore. nam et pretor iubet rem saluam fore pupillo caueri. et interdum iudex. si aliter expediri hec res non potest. uel de rato stipulatio.

De inutilibus stipulationibus.

Omnis res que dominio nostro subicitur in stipulationem deduci potest. siue illa mobilis siue soli sit. At si quis rem que in rerum natura non est aut esse non potest dari stipulatus fuerit. ueluti Stichum qui mortuus est quem uiuere credebat. aut ypocentaurum qui esse non possit. inutilis erit stipulatio. Idem iuris est si sacram rem aut religiosam quam humani iuris esse credebat. uel publicam que usibus populi perpetuo exposita sit ut forum uel theatrum. uel liberum hominem quem seruum esse credebat. uel cuius commercium non habuerit. uel rem suam dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id quod publica res in priuatam deduci potest. et ex libero seruus fieri potest. et commercium adipisci stipulator potest. et res stipulatoris esse desinere potest. sed protinus inutilis est. Item contra licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit. si postea in earum causa de quibus supra dictum est. sine facto promissoris deuenerit. extinguitur stipulatio. Ac nec statim ab initio talis stipulatio ualebit. Lucium Titium cum seruus erit dare

[illegible gloss]

[illegible marginal notes]

[illegible later annotations]

spondes? et similia, quia que per naturam sui dominio nostro exempta sunt in obligationem deduci nullo modo possunt. Si quis alium daturum vel facturumve quid spoponderit non obligatur, veluti si Titium quinque aureos daturum. Quod si effecturum se ut Titius daret spoponderit obligatur. Si quis alii quam cui iuri subiectus est stipuletur, nichil agit. ... Seio dare spondes, ut obligatio quidem stipulatori adquiratur. Solvi tamen Seio et invito eo recte possit, ut liberatio ipso iure contingat, sed ille adversus Seium habet mandati actionem. Quod si quis sibi et alii cui iuri subiectus non sit dari x aureos stipulatus est, valebit quidem stipulatio, sed utrum totum debeatur quod in stipulationem deductum est, an vero pars dimidia, dubitatum est. Sed placet non plus quam dimidiam ei adquiri. Ei quem tuo iuri subiectus est si stipulatus fueris, tibi adquiris, quia vox tua tamquam filii sit, et sicut filii vox tamquam tua intelligitur in hiis rebus que tibi adquiri possunt.

Preterea inutilis stipulatio est si quis ad ea que interrogatus erit non responderit, veluti si x aureos a te dari quis stipuletur, tu v promittas, vel contra. Aut si ille pure stipuletur, tu sub condicione promittas, vel contra. Si modo scilicet id exprimas, id est si cui sub condicione vel in diem stipulanti tu respondeas: presenti die spondeo. Nam si hoc solum respondeas: promitto, breviter videris in eandem diem aut condicionem spopondisse. Nec enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti que expresserit stipulator. Item inutilis est stipulatio si ab eo stipuleris qui tuo iuri subiectus est, vel si is a te stipuletur. Sed servus quidem non solum domino suo obligari non potest, sed nec alii quidem ulli; filii vero familias aliis obligari possunt. Mutum neque stipulari neque promittere posse palam est. Quod et in surdo receptum est, quia et is qui stipulatur verba promittentis, et is qui promittit verba stipulantis audire debet. Unde apparet non de eo nos loqui qui tardius ...

Nil agit. Plane solutio etiam in extraneam personam conferri potest, veluti si quis ita stipuletur ...

[illegible]

audit. Et de eo qui omnino non exaudit. ¶ Furiosus nullum negotium gerere potest quia non intelligit id quod agit. ¶ Pupillus omne negotium recte gerit, ut tamen sicubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, veluti si ipse obligetur. Nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest. Sed quod diximus de pupillis, utique de his verum est qui iam aliquem intellectum habent. Nam infans et qui infanti proximus est non multum a furioso distat, quia huius etatis pupilli nullum intellectum habent. Sed in proximis infanti propter utilitatem eorum benignior iuris interpretatio facta est, ut idem iuris habeant quod pubertati proximi. ¶ Sed qui in potestate parentis est impubes, nec auctore quidem patre obligatur. ¶ Si impossibilis conditio obligationibus adiciatur, nichil valet stipulatio. ¶ Impossibilis autem conditio habetur cui natura impedimento est quominus existat, veluti si quis ita dixerit: Si digito celum attigero, dare spondes?

At si ita stipuletur: Si digito celum non attigero, dare spondes? pure facta obligatio intelligitur, ideoque statim petere potest. ¶ Item verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus prestabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus et non presentes esse vel se vel adversarios suos contendentibus, ideo nostra constitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cesarienses advocatos scripsimus, per quam disposuimus tales scripturas que presto esse partes indicant omnimodo esse credendas, nisi ipse qui talibus utitur improbis allegationibus manifestissimis probationibus vel per scripturam vel per testes idoneos approbaverit ipso toto die quo conficiebatur instrumentum sese vel adversarium suum in aliis locis esse. ¶ Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat, non magis quam post mortem eius a quo stipulabatur. Ac ne is qui in alicuius potestate est post

[illegible]

Vox patris vox filii

uidetur. Unde sicut ipse pater uel dominus sic stipulando erat stipulatio inutilis: ita et suo et filio talia uerba dicente et filio. ut hic et s. e. eiusdem qui et faciat ad hoc. C. de pub. et ali. subst. l. si | uel cum nunc corrigitur. dictum est. ut s. de u. o. sed etiam. placuit. ut C. de contrahen. stip. scrupulosam. ualeat. s. statim efficacior autem est stipulatio post mortem: nam ad heredem et contra heredem incipit actio hodie, quod olim inutile erat ut C. ut actiones ab heredibus et contra heredes l. i. | uenerit. s. cum stipulabatur inutilis post hoc ubi iam uenit est preteritus. et subaudi estimauimus. Si autem esset pro illa dictione hodie non esset stipulatio inutilis et nunc uerum, sed utilis et conditionalis ut s. de u. ob. sub conditione. prepostere. primo enim dicit hodie, nauis ueniet, quam dari. existimauit. scilicet cum stipulabatur: inutilis, si in dotem uelut ... promittit in dotem ut de ea tractari possit. ut C. de rei uxorie actione l. unica. ut dicit. s. Jo. cum stipulabatur maritus sic: si dabis mihi x pro nuptura, primo uero nubere et postea dare debebat. placuit. ut C. de testamentis l. prepostere. omnibus. obligationibus. conceptio. exactio enim fit post conditionem existentem ut C. de testamentis l. prepostere. in fi. et facit ad hoc C. de pec. l. quidam et s. de u. o. an. et ff. de sol. l. ...

utilis erat. ut ff. de leg. aut. inde post l. hereditarium. scriptum. in quo idem si testes dicunt aliquem promisisse. et tunc intelligatur interrogatione precessisse. uidetur quod sic. ut C. de fide instrumentorum l. in exercendis. sed tamen quod dico ut C. de usuris l. i. et C. de ... s. Jo. quod testes non sic uidentur instructi. ut infra de actionibus ... promissor. non quod plerumque ut ff. de pac. l. iur. gen. s. quod fere. spoponderit. uel responderit. contrahitur. immo uidetur magis non ualere. cum sic dubitas in respondendo ut s. e. s. p. sed distinguit ut ibi diximus. | respondere. s. si uolumus in omnibus teneri, alioquin tenemur tantum in his in quibus respondemus ut hic. et sufficit simplex responsio, cum equipolleat et tamen ad omnes respondet ut ff. de u. ob. l. ... s. idem. et s. e. s. p. in fi.

mortem eius stipulari poterat: quia patris uel domini sui uoce loqui uidetur. Sed et si quis ita stipuletur: pridie quam moriar uel pridie quam morieris dabis? inutilis erat olim stipulatio. Sed cum iam ut dictum est ex consensu contrahentium stipulationes ualent, placuit nobis et in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, ut siue post mortem siue pridie quam morietur stipulator siue promissor stipulatio concepta est, stipulatio ualeat. Item si quis ita stipulatus erat: si nauis ex Asia uenerit, hodie dare spondes? inutilis erat stipulatio, quia prepostere concepta est. Sed cum Leo inclite recordationis in dotibus eandem stipulationem que prepostera nuncupatur non esse reiciendam estimauit, nobis placuit et huic perfectum robur accommodare, ut non solum in dotibus sed etiam in omnibus ualeat huiusmodi conceptio stipulationis. Ita autem concepta stipulatio ut si Titius dicat: cum moriar dare spondes? uel cum morieris? et apud

ueteres erat utilis et nunc ualet. Item post mortem alterius recte stipulamur. Si scriptum fuerit in instrumento promisisse aliquem, perinde habetur ac si interrogatione precedente responsum sit. Quotiens plures res una stipulatione comprehenduntur, siquidem promissor simpliciter respondeat dare spondeo, propter omnes tenetur. Si uero unam ex his uel quasdam daturum se responderit, obligatio in his pro quibus spoponderit contrahitur. Ex pluribus enim stipulationibus una uel quedam uidentur esse perfecte. Singulas enim res stipulari et ad singulas respondere debemus. Alteri stipulari ut supra dictum est nemo potest. Inuente sunt enim huiusmodi obligationes ac stipulationes ad hoc ut unusquisque sibi adquirat quod sua interest. Ceterum si alii detur nichil interest stipulatoris. Plane si quis uelit hoc facere, penam stipulari conueniet, ut nisi ita factum sit ut comprehensum est, committetur pene stipulatio etiam ei cuius nichil interest. Penam enim cum quis stipuletur non illud inspicitur quid intersit eius

alteri. sic ff. de u. ob. stipulatio ista. s. alteri. | supra dictum est. ut s. e. s. si quis alii. hoc tamen fallit in multis casibus ut i. diximus. et ita hic quod tribus modis alteri stipulamur: nam interdum adquirimus directam actionem, ut filius patri et seruus domino, ut i. eod. ut ff. e. l. si quis alii s. et quod | interdum utilem ut tutor pupillo et in similibus, scilicet ratione officii ut C. quando ex facto tutoris l. i. et ff. de consti. pec. l. cum qui s. ple. et ff. rem pu. sal. fo. l. i. | interdum nullam et tenet tantum pena ut hic. | scilicet non quod in hoc ultimo casu uera stipulatio et uera est pena. Ponitur enim tribus modis, aut enim sic dico promittis mihi quod dabis illi x. et eo tunc de pena. i. promittis mihi quod dabis illi penam, aut sic promittis illi quod dabis ei x. et eo tunc de pena. et in his duobus casibus non ualet, tamen fortius tamen pene promissio. Sed aliud quod deberet uel uel directa adquiri ut in preallegatis duobus casibus. ff. de const. pec. l. eum

s. si actionem ... uel et h. | aut sic promittis tu quod dabis illi et penam tamen in stipulatione et tunc hoc locum quod hic dicitur | aut quarto modo dico promittis quod dabis in recipienti nomine eius quod uel interest et ego illi cedam actionem cum nomine stipulatoris sum. ut ff. man. l. si procuratorem s. fi. et C. s. stipulanti enim est cui non interest tamen ei cui fuit stipulatus sed mirum quod ubi fuit stipulatus penam ut modo diximus et facit ff. de arbit. l. cum pena. sed contra ff. de arbit. l. aduersus s. si cum fideiussor sed ubi non directo contra arbitrium fuit, sed per consequentiam si eius interfuit non pati. ut l. et ideo inspicitur an intersit in pena. sed contra ff. si quis cum non ... sed ibi in pena pretoria, hic autem in conuentionali dicatur. uel i. ideo committitur quod non debuit uenire quod aduersarius non uenerat et ita per obliquum illa reddidur.

+++ stipulatio. non quod tamen stipulatur. Nam secus est cum pascisceretur. tamen et pena ex modo pacto et contractum apposito sicut ultra non possit peti ut ff. de re. deposi. l. si ... C. de usuris l. ...

Et ista adauit

l. necesse ... stipulationis ... promissoris pridie ... dari

Actio stipulationi ... non ...

Nota quod membro ... pro ... facta

Nota tamen ... gentile ... curant ... in ...

cum mea non moritur dari

Nota quod ... aliquo non ... ex causa ...

s. qui filius adquirit patri uel seruus domino

et l. cum quod s. si mandauit

[gloss] Que sit. i. quae sit quantitas et quae conditio inspicitur ...

[illegible]

... quae sit quantitas in conditione stipulationis. Ergo si quis stipuletur Titio dari, nihil agit. Sed si addiderit penam: nisi dederis tot aureos dare spondes? tunc committitur stipulatio. Sed si quis stipuletur alii cum eius interesset, placuit stipulationem valere. Nam et si is qui tutelam pupilli administrare coeperit, concessit administrationem contutori suo, et stipulatus est rem pupilli salvam fore, quoniam interest stipulatoris fieri quod stipulatus est, cum obligatus futurus esset pupillo si male res gesserit, tenet obligatio. Ergo et si quis procuratori suo dari stipulatus sit, stipulatio vires habebit. Et si creditori suo quod sua interest, ne forte vel pena committatur vel predia distrahantur que pignori data erant, valet stipulatio. Versa vice qui alium facturum promisit, videtur in ea causa esse ut non teneatur, nisi penam ipse promiserit. Item nemo rem suam futuram in eum casum quo sua sit utiliter stipuletur. Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor, perinde nulla contrahitur obligatio ac si ad interrogatum responsum non esset, veluti si hominem Stichum a te stipulatus quis fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideris. Quod turpi ex causa promissum est, non valet, veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat. Cum quis sub aliqua conditione fuerit stipulatus, licet ante conditionem decesserit, postea existente conditione heres eius agere potest. Idem est et ex promissoris parte. Qui hoc anno aut hoc mense dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus preteritis anni vel mensis non recte petet. Si fundum dari stipuleris vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spatii preterierit quo traditio fieri possit.

De fideiussoribus.

Pro eo qui promittit solent alii obligari, qui fideiussores appellantur, quos homines accipere solent dum curant ut diligentius sibi cautum sit. In omnibus autem obligationibus assumi possunt, id est sive re ...

[illegible]

[illegible]

siue litteris siue consensu contracte fuerint. Ac ne illud quidem interest utrum ciuilis an naturalis sit obligatio cui adiciatur fideiussor, adeo quidem ut pro seruo quoque obligetur, siue extraneus sit qui fideiussorem a seruo accipiat, siue ipse dominus in id quod sibi naturaliter debetur. Fideiussor non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem relinquit obligatum. Fideiussor et precedere obligationem et sequi potest. Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur. Itaque liberum est creditori a quo uelit solidum petere. Sed ex epistula diui Adriani compellitur creditor a singulis qui modo soluendo sunt litis contestate tempore partes petere. Ideoque si quis ex fideiussoribus eo tempore soluendo non sit, hoc ceteros honerat. Sed et si ab uno fideiussore creditor totum consecutus fuerit, huius solius detrimentum erit si is pro quo fideiussit soluendo non sit, et sibi imputare debet cum potuerit adiuuari ex epistula diui Adriani et desiderare ut pro parte in se detur actio.

Fideiussores ita obligari non possunt ut plus debeant quam debet is pro quo obligantur. Nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest quam in principali re. At ex diuerso ut minus debeant obligari possunt. Itaque si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinque recte obligatur; contra uero non potest obligari. Item si ille pure promiserit, fideiussor sub condicione promittere potest; contra uero non potest. Non solum enim in quantitate sed etiam in tempore minus et plus intellegitur. Plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus dare.

Si quid autem fideiussor pro reo soluerit, eius recuperandi causa habet cum eo mandati iudicium.

Grece fideiussor plerumque ita accipitur ... [illegible]

In stipulationibus fideiussorum sciendum est generaliter accipi ut quodcumque scriptum sit quasi actum uideatur etiam actum. Ideoque constat si scripserit se fide-

[illegible]

Sollempniter acta. i. interrogationem factam fuisse ... [illegible] De litterarum obligatione.

Olim scriptura. i. sollempnitate ... [illegible]

[illegible]

... fuisse. videri omnia

Sollempniter acta. De litterarum obligationibus.

Olim scriptura fiebat obligatio que nominibus fieri dicebatur, que nomina hodie non sunt in usu. Plane si quis debere se scripserit quod ei numeratum non est, de pecunia minime numerata post multum temporis exceptionem opponere non potest. hoc enim sepissime constitutum est. Sic fit ut et hodie dum queri non potest, scriptura obligetur, et ex ea nascitur condictio, cessante scilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus usque ad quinquennium procedebat. Sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsan defraudari, per constitutionem nostram tempus coartatum est, ut ultra biennii metas hec exceptio minime extendatur. De consensu obligatione.

Consensu fiunt obligationes, ut in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem istis modis consensu dicitur contrahi obligatio, quia non scriptura neque presentia omnimodo opus est, ac ne dari quicquam necesse est ut substantiam capiat obligatio, sed sufficit eos qui negotium gerunt consentire. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistulam vel per nuntium. Item in hiis contractibus alter alteri obligatur in id quod alterum alteri ex bono et equo prestare oportet, cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat. De emptione et venditione.

Emptio et venditio contrahitur simul atque de pretio convenerit, quamvis nondum pretium solutum sit ac ne arra quidem data fuerit. Nam quod arre nomine datur, argumentum est emptionis et venditionis contracte. Sed hec quidem de emptionibus et venditionibus que sine scriptura consistunt optinere oportet; nam nichil a nobis in huiusmodi venditionibus innovatum est. In hiis autem que scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse emptionem et venditionem constituimus, nisi et instrumenta emptionis fuerint conscripta vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, a contrahente autem subscripta, et si per tabelliones fiunt,

... fiunt, scilicet hec instrumenta et ... non aliter valeant nisi et con... &c.

[illegible]

Consensu. sic ... De emptione et venditione ... [illegible]

[illegible]

…nisi et completiones acceperint et fiunt partibus absoluta. Donec enim aliquid ex his deest, et penitentie locus est, et potest emptor vel venditor sine pena recedere ab emptione vel venditione. Ita tamen impune eis recedere concedimus, nisi iam arrarum nomine aliquid datum fuerit. Hoc etenim subsecuto, sive in scriptis sive sine scriptis venditio celebrata est, is qui recusat contractum, si quidem emptor est, perdit quod dedit; si vero venditor, duplum restituere compellitur, licet nichil super arris expressum sit.

Pretium autem constitui oportet, nam nulla emptio sine pretio esse potest. Sed et certum pretium esse debet. Alioquin si ita inter aliquos convenerit ut quanti Titius rem estimaverit tanti sit empta, inter veteres satis abundeque hoc dubitabatur, sive constat venditio sive non.

Sed nostra constitutio ita hoc constituit ut quotiens sic composita sit venditio, quanti ille estimaverit, sub hac conditione staret contractus, ut si quidem ipse qui nominatus est pretium diffinierit, omnino secundum eius estimationem et pretium solvatur et res tradatur, et venditio ad effectum perducatur, emptore quidem ex empto actione, venditore autem ex vendito agente. Sin autem ille qui nominatus est noluerit vel non potuerit pretium diffinire, tunc pro nichilo esse venditionem quasi nullo pretio statuto.

Quod ius cum in venditionibus nobis placuit, non est absurdum et in locationibus et conductionibus contrahere.

Item pretium in numerata pecunia consistere debet. Nam in ceteris rebus an pretium esse possit, veluti an homo aut fundus aut toga alterius rei pretium esse possit, valde querebatur. Sabinus et Cassius etiam in alia re putant pretium posse consistere; unde et illud est quod vulgo dicebatur per permutationem rerum emptionem et venditionem contrahi, eamque speciem emptionis venditionisque vetustissimam esse; argumento utebantur Greco poeta Homero, qui aliqua parte exercitum Achivorum vinum sibi comparasse ait permutatis quibusdam rebus his verbis. Diverse scole auctores contra sentiebant aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem et venditionem; alioquin non posse rem expediri permutatis rebus, que videatur res venisse et que pretii nomine…

[illegible]

data est. Etiam itaque videri et venisse et pretii nomine datam esse. Sed Proculi sententiam dicentis permutationem propriam esse speciem contractus a venditione et emptione separatam merito praevaluit, cum et ipsa aliis Homericis versibus adiuvatur et validioribus rationibus argumentatur; quod et anteriores divi principes admiserunt et in digestis latius significatur.

Cum autem emptio et venditio contracta sit, quod effici diximus simul atque de pretio convenerit cum sine scriptura res agitur, periculum rei venditae statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit. Itaque si homo mortuus sit vel aliqua parte corporis laesus fuerit, aut aedes totae vel aliqua parte incendio consumptae fuerint, aut fundus vi fluminis totus vel aliqua parte ablatus sit, sive etiam inundatione aquae aut arboribus turbine deiectis longe minor aut deterior esse coeperit: emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium solvere. Quidquid enim sine dolo aut culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed et si post emptionem fundo aliquid per alluvionem accessit, ad emptoris commodum pertinet: nam et commodum eius esse debet, cuius periculum est. Quod si fugit homo qui veniit aut subreptus fuerit, ita ut neque dolus neque culpa venditoris interveniat, animadvertendum erit an custodiam eius usque ad traditionem venditor susceperit. Sane enim si susceperit, ad eius periculum is casus pertinet; si non susceperit, securus erit. Idem et in ceteris animalibus ceterisque rebus intelligimus. Utique tamen vindicationem rei et condictionem exhibere debebit emptori, quia sane qui rem nondum emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est et de furti et damni iniuriae actione.

Emptio tam sub condicione quam pure contrahi potest. Sub condicione veluti: si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.

Loca sacra vel religiosa item publica, veluti forum basilicam, frustra quis sciens emit; quae tamen si pro privatis vel

[illegible]

Locatio sic dicitur ff. e. l. ii. proxima quoad tercium et quo ad summam si deceptus ut s. t. i. § precium autem si incertum ff. de contrahenda emptione l. i. § si quis simul et ff. de verborum obligationibus naturalis § at cum. Ut unde potest colonus qui partem fructuum domino reddit improprie dici conductor immo magis socius ut ff. e. l. si merces § vis maior. conducti actio sicut venditori ex vendito emptori ex empto ut s. e. t. i. § sed cum precium in sic ac supra diximus ut s. e. t. i. § sed et certum. quia certa quia dicta cum precium incertum. fulloni est ut fullo qui lavat sicut tingit sicut polit. sarcinatori est qui sarcit vestimenta resarcit ut diximus. i. man. i. si ti.

Commodarent improprie ponitur ut sequitur. bos periit sine culpa alterius non tenetur cum tantum gratia contractum sit ut ff. de praescriptis verbis l. sic si gratuitum § si cum unum et ff. commodati si ut certo § nunc videndum. Non fuit. bona res ut s. qui mo. re. c. ob. § commodata. Praescriptis competit ex contractibus rebus innominatis do ut des facio ut facias do ut facias ff. de praescriptis verbis l. naturalis § i. et ii. et iii. al. causa ex pactis in conventionem appositis ut c. de re. p. rebus al. datur quam dubium est de nomine contractus ut ff. de praescriptis verbis l. i. § et l. ii. et iii. Adeo autem. huius regula et aliis consistunt inter se huius gratia.

Comparavit deceptus a venditore, habebit actionem ex empto quod non habere ei liceat, ut consequatur quod sua interest eum deceptum non esse. Idem iuris est si liberum hominem pro servo emerit.

De locatione et conductione

Locatio et conductio proxima est emptioni et venditioni, iisdemque iuris regulis consistit. Nam ut emptio et venditio ita contrahitur si de pretio convenerit, sic et locatio et conductio ita contrahi intellegitur si merces constituta sit. Et competit locatori quidem locati actio, conductori vero conducti. Et quod supra diximus si alieno arbitrio pretium permissum fuerit, eadem et de locatione et conductione dicta esse intellegamus. Si alieno arbitrio merces fuerit permissa, qua de causa si fulloni polienda curandave aut sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit nulla statim quidem mercede constituta, sed postea tantum daturus quantum inter eos convenerit, non proprie locatio et conductio intellegitur contrahi, sed eo nomine praescriptis verbis actio datur. Praeterea sicut vulgo quaerebatur an permutatis rebus emptio et venditio contrahitur, ita quaeri solebat de locatione et conductione, si forte rem aliquam tibi utendam sive fruendam quis dederit et invicem a te aliam utendam sive fruendam acceperit. Et placuit non esse locationem et conductionem, sed proprium genus esse contractus. Veluti si cum unum bovem quis haberet et vicinus eius unum, placuit inter eos ut per denos dies invicem boves commodarent ut opus facerent, et apud alterum bos periit: neque locati neque conducti neque commodati competit actio, quia non fuit gratuitum commodatum, verum praescriptis verbis agendum est. Adeo autem familiaritatem aliquam inter se habere videntur emptio et venditio, locatio et conductio, ut in quibusdam causis quaeri soleat utrum emptio et venditio contrahatur an locatio et conductio. Ut ecce de praediis quae perpetuo quibusdam fruenda traduntur, id est ut quamdiu pensio sive reditus pro his domino praestetur, neque ipsi conductori

sed postea non postea nam pure re non secuta actio non datur ut C. de re. per. expectatio. praescriptis. i. man. § si quis sed distingue aut certa merces convenit ut s. e. in pr. aut incerta et tunc praescriptis verbis agitur ut hic. aut nulla et tunc est mandatum ut ff. de praescriptis verbis l. si tibi polienda et facit ad hoc § ff. e. si merces. Vulgo quaerebatur s. t. i. § item precium.

ut emptio quam in debitam ut certa sit certa alienatio sit ut in aut de fiat § a liena.

quia locatio non facit ut ff. e. non solum. et conductio quia in debitam mercedem in solidum teneatur. perpetuo alias acquireret ff. si fundus. l. i. pensio in pecunia. reditus in specie.

alienauit. cum iusti sint modi alienandi. ut ff. de pupil. l. iii. et iiii. C. v. et vi. Auferri. interdum autem caditur ad certum tempus scilicet triennium pro non soluta pensione aut quam meliorationem. cum omnia pacta super hoc contractu inita ualeant. ut i. proxime §. Sed etiam cadit in emphiteosi nisi in suam quam meliorationem tamen ut i. autem de non al. aut permu. §. emphiteosis. nisi uenditur pro suo impensarum dabit. ut quibus pruetur. ut h. tamen autem de non al. et emphi. §. uolumus. l. et §. si non. quem. Zenoniana. ut C. de iure emphi. l. i. Emphiteoseos. est proprie greco latine melioratio dicitur: hoc ideo ex solum tamen sterilia dabantur ut melioraret. Sed et hodie fertilia dantur. ut meliorata quod dat sola ea quod concessa inderetur pro conomo et aliis gubernatoribus. ut C. de ta. l. s. et autem prestita quorum ac |ptum| agitur quod contractus ex. l. ad omnia obseruanda quod conuenerunt. Sed nunquid emphi. potest dari alii in emphi. ut dicit. ut inf. §. in uenditione de non al. aut permu. §. alienationes. Item nunquid non utile dominium quod soli inhereat in eum. Sed dicit rei. non utile sibi detur: ut ff. si ager uec. l. i. et iii. Sed contra agit preuinis. contra item. ut eum expellat. Sed respondet quod licet actio sibi non competat exceptio tamen opponi non potest quin ea repellatur: et sic non dicit dominium utile. ut C. de usucap. l. v. et ff. de except. rei iudic. l. si quis. Item aut locationem in modo differt. i. uii. nam hic in se prestatur periculo. Sed i. in pecunia tamen ut hic scilicet si in. Item hic possidet natura. similiter sicut fructuarius. ut ff. de acquir. pos. naturaliter. Sed conductor non. ut C. comm. de usuc. l. i. Item hic habet dominium utile. Sed conductor non. ut ff. e. l. non solet. Item hic tractatur semper in immobilibus. tamen ille et mobilibus. Item hic agitur contra ex. l. ibi ex conducto. Item hic contrahitur in scriptis. ille non talis uel hic scriptura. ille et sine ea. ut C. de iure emphi. l. i. Venditionem. quod hic precio pretium. ibi uero res transfert. Item ab hoc res renouatur. Sed ab emptore non. pro creditore. Item hic utile transfert dominium ibi directum. ut s. de re. di. §. per traditionem. quasi naturalis. i. per traditionem. iure gen. quod naturali ratione inductum est. ut s. de iure na. §. quod uero hec emnino certum ex uobis. ut tal. i. de au. §. de periculo. Ad dominum. ut pensionem non prestat. Particularis. i. media rerum. uel minus. secundum. in tanto. al. ff. de usuf. et i. ff. de rei. sig. nomine fundi. et §. portionem. et ff. de damp. infect. in eum quos. §. dampnum. et §. de tribu. emp. dominium. nota. dicit si aliquis propter tenentur campum emphiteote est. ar. hoc §. et C. e. l. i. Utimur. sunt talia duo illa.

nec heredi eius, cui vel conductor heres vel eius id predium vendiderit aut donauerit aut dotis nomine dederit alio ue quocumque modo alienauerit, auferre liceat. Sed talis contractus quia inter ueteres dubitabatur et a quibusdam locatio et a quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana lata est, que emphiteuseos contractus propriam statuit esse naturam, neque ad locationem neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam, et si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita optinere ac si naturalis esset contractus; sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum, sin particularis, ad emphiteoticarium huiusmodi dampnum uenire. Quo iure utimur.

Item queritur, si cum aurifice Titius conuenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certeque forme anulos ei faceret et acciperet uerbi gratia aureos x., utrum emptio et venditio an locatio et conductio contrahi uideatur? Cassius ait materie quidem emptionem et venditionem contrahi, opere autem locationem et conductionem. Sed placuit tantum emptionem et venditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio et conductio sit.

Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet et, si quid in lege pretermissum fuerit, id ex bono et equo debet prestare. Qui pro usu aut vestimentorum aut argenti aut iumenti mercedem aut dedit aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet. Quam si prestiterit et aliquo casu rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur.

Mortuo conductore intra tempora conductionis heres eius eodem iure in conductione succedit.

De societate.

Societatem coire solemus aut totorum bonorum, quam Greci specialiter κοινοπραξίαν appellant, aut unius alicuius negotiationis, ueluti mancipiorum emendorum uendendorumque aut olei, uini, frumenti emendi uendendique. Et quidem si nihil de partibus lucri et dampni nominatim conuenerit

Legem. i. pactum. ut ff. de pign. l. i. §. si conuenit. Equo. ut usuras pro mora. ut C. e. l. pre. sec. idem est. nam conductor agit ut domus et horrea dirigerentur. ut ff. e. l. ex conducto. Diligentissimus. i. diligens sit exigitur. ff. e. inter. §. qui columpnam. nam tamen utriusque fit locatio non uenit exactissima. ut ff. commo. l. si ut certo. C. l. campum datum. pro uti uidendo. alii secus ponunt. Quin sit. i. campum datum sit. quod pro pendi non potuit. ut ff. e. l. si de usufr. non ac. Conuenit. Societatis ut secus in usufr. ut C. de usufr. si domus et de usu. ex. l. si solutus. infra. ac. Succedit. ut C. e. l. uiam. Et nunquid morte conductoris uel locatoris desinit obligatio. Sed non. conductionis contractus protegitur quia uia in personam etiam rigitur. ut i. e. i. Soluitur. Societatem. est autem societas ut ait maritus t. duorum plurium negocio contracta honeste ad uberiorem questum et commodiorem usum. Totorum. i. omnium et expresse. ut ff. e. l. i. §. i. et l. iii. et §. ueniunt. hoc nomine totius totorum ad unius rei significationem. Emendi. Item alii duobus modis scilicet omnium bonorum simpliciter. uiuunt ibi et ff. e. l. v.

siue tacita pacta in hoc titulo. ut de reticiendo. emphiteota si non soluerit per triennium. ut C. e. l. ii. §. i. Item et si uelit emphi. uendere quod domino prius denunciare debet. ut C. e. l. f. §. i. Quo. scilicet aurifices. Emptio. Sed quid si certa non est mutua debet hoc. ar. non inite. ut ff. e. uicinus. ff. de tribu. emptum. l. queritur. et l. sibi

et in auro de non alie. quod sciens. In emphiteota autem certe si colono pruentur. dic ut ibi notaui. scilicet per biennium

Dispensatio conductionis campino caret emphiteota. scripta in pre. nullo fundamento script.

ubi ... illo ... q. ... pond. d. 107

III

equales. sic ff. de her. inst. l. quotiens. § heredes. expresse. et in solo lucro ut j. e. § illud. ad alium. c. pars lucri et damni. arg. ad cautum. [illegible] ex parte fiat. ut si lucrum minus re

partem. non totum. ar. est leonina. ut [illegible] in fabula [illegible] et ff. e. l. si non fuerint. § si [illegible] l. si unus. § si tu pretium. infi. ar. [illegible] contra hoc primo casu. ar. conveniente. i. que

[illegible]

tur. essent partes et in lucro et in damno spectari. Quod si expresse fuerint partes, he servari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat conventio, si duo inter se pacti sunt, ut ad unum quidem due partes et damni et lucri pertineant, ~~damni et lucri~~ ad alium tertia. De illa sane conventione quesitum est, si Titius et Seius inter se pacti sunt, ut ad Titium due partes lucri pertineant et damni tertia, ad Seium due partes damni et lucri tertia, an rata debet haberi conventio. Quintus Mucius contra naturam societatis talem pactionem esse existimavit, et ob id non esse ratam habendam. Servius Sulpicius, cuius sententia prevaluit, contra sensit, quia sepe quorundam ita pretiosa est opera in societate, ut eos iustum sit meliore condicione in societatem admitti. Nam et ita coire societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, et tamen lucrum commune sit inter eos, quia sepe opera alicuius pro pecunia valet. Et adeo contra Quinti Mucii sententiam optinuit, ut illud quoque constiterit posse convenire, ut quis lucri partem ferat, damno non teneatur, quod et ipsum Servius convenienter sibi existimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut si in aliqua re lucrum, in aliqua damnum illatum sit, compensatione facta solum quod superest intelligatur lucri esse. Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro vel in solo damno, in altera non obmissa, in eo non quod pretermissum est servari. Manet autem societas eo usque, donec in eodem consensu perseveraverint. At cum aliquis renuntiaverit societati, solvitur societas. Sed plane si quis callide in hoc renuntiaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiaverit societati, ut hereditatem solus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucrifaciat quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet. Ei vero cui renuntiatum est, quicquid omnino post renuntiatam societatem

[illegible]

tur. ut ibi dicitur. et j. e. § et adeo. et adeo. h. pacta inequalia tunc tenentur locum habent. cum alter plus contulit opere vel industrie quam alter. ut ff. e. si non fuerint. § fin. contra hoc est quod societas sit fraternitatis. ut. ff. e. l. verum. Jo. ut et subaudit, nulla. i. si non fuerint

et hoc expresso ut ff. e. l. iii. § i. ar. contra ut ff. e. l. nec. adicit. ar. si quid. sit. ff. de except. c. in pos. ea. l. fullonum. § [illegible] sin. ff. e. actione. § dirimitur. [illegible] ar. xvi. q. iii. [illegible] valet non societatis. ut ff. depositi. l. i. § si convenit. ar.

Accursius

Not. illud quod expressum est in uno, in alio debet esse [illegible] intelligi [illegible] illud expeditum est.

Sicut peccato [illegible] non [illegible]
[illegible]
[illegible] medicina [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] modis finitur societas: Renunciatione [illegible] / Morte [illegible] / Fine [illegible] / [illegible] / [illegible]

[illegible]

adquiritur, soli conceditur. Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. Sed et si consensu plurium societas coita sit, morte unius socii solvitur, etsi plures supersint, nisi in coeunda societate aliter convenerit. Item si alicuius rei contracta societas sit et finis negotio impositus est, finitur societas. Publicatione quoque distrahi societatem manifestum est, scilicet si universa bona socii publicentur. Nam cum in eius locum alius succedit, pro mortuo habetur. Item si quis ex sociis mole debiti praegravatus bonis suis cesserit et ideo propter publica aut privata debita substantia eius veneat, solvitur societas. Sed hoc casu si adhuc consentiant in societate, nova videtur incipere societas. Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is qui deponi apud se passus est, an etiam culpae, id est desidiae atque negligentiae nomine, quaesitum est. Praevaluit tamen etiam culpae nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam in communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi adsumit, de se queri debet.

De mandato.

Mandatum contrahitur quinque modis, sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive sua et tua, sive aliena tantum, sive sua et aliena, sive tua et aliena. At si tua tantum gratia tibi mandatum sit, supervacuum est mandatum et ob id nulla ex eo obligatio nascitur. Mandantis tantum gratia intervenit mandatum, veluti si quis tibi mandet ut negotia eius geres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo sponderes. Tua et mandantis, veluti si tibi mandet ut pecuniam sub usuris crederes ei qui in rem ipsius mutuaretur, aut si volente te agere cum eo ex fideiussoria causa mandet tibi ut cum reo agas periculo mandantis, vel ut ipsius periculo stipuleris ab eo quem tibi deleget in id quod tibi debuerat. Aliena autem causa intervenit mandatum, veluti si tibi mandet

[illegible]

mandet. hic agi potest duabus actionibus mandati. contrarium mandantem. Sequitur: quod et tuum. ut C. de neg. ge. si mandatum. Glossa. hic addunt doctores vel modo dicit. ut s. e. in princ. immo videtur contra ar. consilio. non tamen regulariter, quem consilio non teneri fallit. tamen in casibus qui hic ... ut ff. de dolo ... et ff. de p. ... l. ii. si ... fuerit mandatum ... ut ff. legi ... l. ... fallit ut ff. ad l. aquil. ... ff. de ...

III

et non aliter. videtur ex propositione plane ... duo. ubi ... certe persone mutuam teneor ... alii ... non erat. ... autem non designata persona ... teneor ... si alii ... non erat ... tamen dicit ... quam primo indistincte teneor ... alii erat ... secundo ... distinctione non alii ... pro eo. ff. eo. si ... plures ... C. ... et ff. de neg. ge. l. iii. ... l. iiii. nec obstat ...

ut Titii negotia gereres vel ut Titio fundum emeres vel ut pro Titio sponderes. Tua et aliena: veluti si de communibus suis et Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut sibi et Titio fundum emeres, vel ut pro eo et Titio sponderes. Tua et aliena: veluti si tibi mandet ut Titio sub usuris crederes. Quod si ut sine usuris crederes, aliena tantum gratia intercedit mandatum. Tua gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandet ut pecunias tuas potius in emptiones praediorum colloces quam feneres, vel ex diverso ut feneres potius quam in emptiones praediorum colloces. Cuius generis mandatum magis consilium est quam mandatum, et ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio mandati obligatur, etiamsi non expediat ei cui dabitur, cum liberum cuique sit apud se explorare an expediat consilium. Igitur si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis ut rem aliquam emeres vel eam crederes, quamvis non expediat tibi eam emisse vel credidisse, non tamen tibi mandati actione tenetur. Et adeo haec ita sunt, ut quaesitum sit an mandati teneatur qui mandavit tibi ut Titio pecuniam fenerares. Sed obtinuit Sabini sententia obligatorium esse in hoc casu mandatum, quia non esses Titio credidisse, nisi tibi mandatum esset. Illud quoque mandatum non est obligatorium quod contra bonos mores est, veluti si Titius de furto aut damno faciendo aut de iniuria facienda tibi mandet. Licet enim poenam istius facti nomine praestiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem. Is qui exequitur mandatum non debet excedere fines mandati. Ut ecce si quis usque ad centum aureos mandaverit tibi ut fundum emeres vel ut pro Titio sponderes, neque pluris emere debes neque in ampliorem pecuniam fideiubere, alioquin non habebis cum eo mandati actionem, adeo quidem ut Sabino et Cassio placuerit, etsi usque ad centum aureos cum eo agere velis, inutiliter te acturum. Diversae scholae auctores recte usque ad centum aureos te acturum existimant, quae sententia sane

diligenter: quemadmodum non ... bona fide facere debet. ut ff. e. l. iii. ... et hoc ... tio. ff. e. l. si ... pro eo. mandati. si tertio ... neg. ge. ... et pro eis. C. de neg. ge. ... utilem ... ff. de ... si creditor. ... debeat actionem

neg. ge. ... ff. de neg. ge. ... si mihi ... ex ... opinione ... l. expedita. quae utilem ... actionem. ut ff. e. l. si p. ... actionem. pro certo. ut ff. de ... l. si fundum

benignior est. Item si vivo Titio ... mandatum non ... quia qui mandat non ... heres ... eius habebit ... mandasse intellegitur ... si poterit ...

Recte quoque mandatum contractum si dum adhuc integra res sit revocatum fuerit evanescit.

Item si adhuc integro mandato mors alterutrius interveniat, id est vel eius qui mandaverit vel illius qui mandatum susceperit, solvitur mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, si mortuo eo qui tibi mandaverat tu ignorans eum decessisse executus fueris mandatum, posse te agere mandati actione: alioquin iusta et probabilis ignorantia damnum tibi afferret. Et huic simile est quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titii per ignorantiam liberto solverint, liberari eos: cum alioquin stricta iuris ratione non possent liberari, quia alii solvissent quam cui solvere deberent.

Mandatum non suscipere liberum est: susceptum autem consummandum aut quam primum renuntiandum est, ut per semet ipsum aut per alium eandem rem mandator exsequatur. Nam nisi ita renuntietur, ut integra causa mandatori reservetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet, nisi iusta causa intercessit aut non renuntiandi aut intempestive renuntiandi.

Mandatum et differri in diem et sub condicione fieri potest.

In summa sciendum est mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam negotii cadere: nam mercede constituta incipit locatio et conductio esse. Et ut generaliter dixerimus, quibus casibus sine mercede suscepto officio mandati aut depositi contrahitur negotium, his casibus interveniente mercede locatio et conductio contrahi intellegitur. Et ideo si fulloni polienda curandave vestimenta dederis aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta neque promissa, mandati competit actio.

De obligationibus ex quasi contractu

Post genera contractuum enumerata dispiciamus et de his obligationibus quae non proprie quidem ex contractu nasci intelleguntur, sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

tum quia negotia absentium gessit, ultro citroque inter eos nascuntur actiones, que appellantur negotiorum gestorum. Sed domino quidem rei geste adversus eum qui gessit directa competit actio, negotiorum autem gestori contraria. Quas ex nullo contractu proprie nasci manifestum est: quippe ita nascuntur actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se optulerit: ex qua causa hi quorum negotia gesta fuerint etiam ignorantes obligantur. Idque utilitatis causa receptum est, ne absentium qui subita festinatione coacti nulli demandata negotiorum suorum administratione peregre profecti essent, desererentur negotia: que sane nemo curaturus esset, si de eo quod quis impendisset nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is qui utiliter gesserit negotia habet obligatum dominum negotiorum, ita et contra iste quoque tenetur ut administrationis rationem reddat. Quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere soleret, si modo alius diligentior commodius administraturus esset negotia.

III. Tutores quoque, qui tutele iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligati intelleguntur (nullum enim negotium inter tutorem et pupillum contrahitur): sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Et hoc autem casu mutue sunt actiones: non tantum enim pupillus cum tutore habet actionem tutele, sed et e contrario tutor cum pupillo habet contrariam tutele, si vel impendit aliquid in rem pupilli vel pro eo fuerit obligatus aut rem suam creditori eius obligaverit.

Item si inter aliquos communis sit res sine societate, veluti quod pariter eis legata donatave esset, et alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo iudicio, quod solus fructus ex ea re perceperit, aut quod socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit: non intellegitur proprie ex contractu obligatus esse, quippe nihil inter se contraxerunt: sed quia non ex maleficio tenetur, quasi ex contractu teneri videtur.

Idem iuris est de eo qui coheredi suo familie erciscunde iudicio ex his causis obligatus est.

Heres quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intellegitur: neque enim cum herede ~~cum herede~~ neque cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest: et tamen quia

[illegible gloss]

ex maleficio non est obligatus heres, quasi ex contractu debere intellegitur. Item is cui quis per errorem non debitum solvit quasi ex contractu debere videtur. adeo enim non intellegitur proprie ex contractu obligatus esse, ut si certiorem rationem sequamur magis ut supra diximus ex distractu quam ex contractu possit dici obligatus esse. nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur ut distrahat potius negotium quam contrahat. Sed tamen perinde is qui accepit obligatur ac si mutuum illi daretur, et ideo condictione tenetur. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest quod per errorem non debitum solutum sit. Sic namque definierunt veteres: ex quibus causis infitiando lis crescit, ex his causis non debitum solutum repeti non posse, veluti ex lege Aquilia. Item ex legato quod veteres quidem in his legatis locum habere voluerunt quae certa constituta per damnationem cuicumque fuerant legata; nostra autem constitutio cum unam naturam omnibus legatis et fideicommissis indulsit, huiusmodi augmentum in omnibus legatis et fideicommissis extendi voluit. Sed non omnibus legatariis praebuit, sed tantummodo in his legatis et fideicommissis quae sacrosanctis ecclesiis ceterisque venerabilibus locis quae religionis vel pietatis intuitu honorificantur derelicta sunt; quae si indebita solvantur, non repetuntur.

Per quas personas nobis adquiritur obligatio.

Expositis generibus obligationum quae ex contractu vel quasi ex contractu nascuntur, admonendi sumus adquiri vobis non solum per vosmet ipsos, sed etiam per eas personas quae in vestra potestate sunt, veluti per servos vestros et filios. Ut tamen quod per servos quidem vobis adquiritur totum vestrum fiat; quod autem per liberos quos in potestate habetis ex obligatione fuerit adquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis et ususfructus quam nostra decrevit constitutio: ut quod ab actione quidem commodum perveniat, huius usumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum novellae nostrae constitutionis divisionem. Item per liberos homines et alienos servos quos bona fide possidetis adquiritur vobis, sed tantum

[illegible gloss]

[illegible]

ex duabus causis, id est si quid ex operis suis vel ex re nostra adquirant, per eum quem bona fide possidemus; in quo usumfructum vel usum habemus, sic ex duabus istis causis nobis adquiritur.

Commune servum pro dominica parte dominis adquirere certum est, excepto eo quod uni nominatim stipulando aut per traditionem accipiendo illi soli adquirit, veluti cum ita stipuletur: Titio domino meo dare spondes? Sed si unius domini iussu servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem res expedita est, ut illi tantum adquirat qui hoc ei facere iussit, ut supra dictum est.

Quibus modis tollitur obligatio.

Tollitur autem omnis obligatio solutione eius quod debetur, vel si quis consentiente creditore aliud pro alio solverit. Nec tamen interest quis solvat, utrum ipse qui debet an alius pro eo: liberatur enim et alio solvente, sive sciente debitore sive ignorante vel invito solutio fiat. Item si reus solverit, etiam hi qui pro eo intervenerunt liberantur. Idem ex contrario contingit, si fideiussor solverit: non enim solum ipse liberatur, sed etiam reus.

Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio imaginaria solutio. quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit sic fieri ut patiatur haec verba debitorem dicere: quod ego tibi promisi habesne acceptum? et Titius respondeat: habeo acceptum [illegible]. Sed et greche potest fieri acceptilatio, dummodo sic fiat ut Latinis verbis solet exigi. Quo genere ut diximus tantum hee obligationes solvuntur que ex verbis consistunt, non etiam cetere. consentaneum enim visum est verbis factam obligationem posse aliis verbis solvi. Sed et id quod ex alia causa debetur potest in stipulationem deduci et per acceptilationem dissolvi. Sicut autem quod debetur pro parte recte solvitur, ita in partem debiti acceptilatio fieri potest.

Est prodita stipulatio que vulgo Aquiliana appellatur, per quam stipulationem contingit ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, et ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana novat omnes obligationes, et a Gallo Aquilio ita composita est: Quicquid te mihi ex quacumque causa dare facere oportet oportebit, presens in diem ve sub condicione, quarumque rerum

[illegible]

reus est ut tecum actio, quaeque abs te petitio est eritve, quodve tu meum habes, tenes, possides, possideresve, dolove malo fecisti quo minus possideas: quanti quaeque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est. ¶ Aulus Agerius spopondit Numerius Negidius. Item ex diverso Numerius Negidius interrogavit Aulum Agerium: quicquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habesne acceptum? Respondit Aulus Agerius: habeo acceptumque tuli.

¶ Praeterea novatione tollitur obligatio: veluti si id quod tu Seio debeas a Titio dari stipulatus sit. Nam interventu novae personae nova nascitur obligatio et prima tollitur translata in posteriorem, adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis iure tollitur: veluti si id quod tu Titio debebas a pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fuerit: quo casu res amittitur. Nam et prior debitor liberatur et posterior obligatio nulla est. ¶ Non idem iuris est si a servo quis stipulatus fuerit: nam tunc prior proinde obligatus manet ac si postea a nullo stipulatus fuisset. ¶ Sed si eadem persona sit a qua postea stipuleris, ita demum novatio fit si quid in posteriore stipulatione novi sit, forte si condicio aut dies aut fideiussor adiciatur aut detrahatur. Quod autem diximus, si condicio adiciatur, novationem fieri, sic intellegi oportet ut ita dicamus factam novationem si condicio extiterit: alioquin, si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres constabat tunc fieri novationem cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat, per hoc autem dubium erat quando novandi animo videretur hoc fieri, et quasdam de hoc praesumptiones alii in aliis casibus introducebant: ideo nostra processit constitutio quae apertissime definivit tunc solum fieri novationem quotiens hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt: alioquin manere et pristinam obligationem et secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio secundum nostrae constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere. ¶ Hoc amplius hae obligationes quae consensu contrahuntur

[gloss illegible]

Hunc contraria voluntate solvuntur. Nam si Titius et Seius inter se consenserint ut fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureorum, deinde re nondum secuta, id est neque pretio soluto neque fundo tradito, placuit inter eos ut discederetur ab ea emptione et venditione, invicem liberantur. Idem est et in conductione et locatione et omnibus contractibus qui ex consensu descendunt, sicuti iam dictum est. ~~vel egi mecum~~

De obligationibus que ex ~~quasi~~ delicto nascuntur

IMPERATOR

Cum expositum sit superiori libro de obligationibus ex contractu et quasi ex contractu, sequitur ut de obligationibus ex maleficio dispiciamus. Sed ille quidem ut suo loco tradidimus in quattuor genera dividuntur. Hee vero unius generis sunt. Nam omnes ex re nascuntur, id est ex ipso maleficio, velut ex furto aut rapina aut damno aut iniuria.

Furtum est contrectatio rei fraudulosa vel ipsius rei vel etiam usus eius possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere.

Furtum autem a furvo, id est nigro, dictum est, quod clam et obscure fit et plerumque nocte; vel a fraude, vel a ferendo, id est auferendo, vel a greco lingue, qui foras appellant fures. Immo et greci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

Furtorum autem genera duo sunt, manifestum et non manifestum. Nam conceptum et oblatum species potius actionis sunt furto coherentes quam genera furtorum, sicut inferius apparebit.

Manifestus fur est quem greci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant; nec solum is qui in ipso furto deprehenditur, sed et is qui in eodem loco deprehenditur in quo fit, veluti qui domi furtum fecit et nondum egressus ianuam deprehensus fuerit, et qui in oliveto olivarum aut vineto uvarum fur-

[gloss illegible]

tum fecit. quidam in eo o-
liveto aut in vineto fur
deprehensus sit. Immo ul-
terius furtum manifestum
ostendendum est quamdiu
eam rem fur tenens
visus vel deprehensus fuerit.
sive in publico sive in privato
vel a domino vel ab alio antequam
eo pervenerit quo perferre
ac deponere rem destinas-
set. Sed si pervenit quo desti-
naverat. tamen si deprehendatur
cum re furtiva: non est
manifestus fur. Nec ma-
nifestum furtum quid sit
ex his que diximus intelle-
gitur. nam quod manifestum non est.
id scilicet nec manifestum fur-
tum est. Conceptum
furtum dicitur. cum apud
aliquem testibus presentibus fur-
tiva res quesita et inventa
sit. Nam in eum propria ac-
tio constituta est. quamvis
fur non sit que appellatur
concepti. Oblatum fur-
tum dicitur. cum res furti-
va ab aliquo tibi oblata
sit. ea que apud te con-
cepta sit. utique si ea mente
tibi data fuerit. ut apud te
potius quam apud eum qui
dedit conciperetur. Nam tibi

apud quem concepta sit. propria
adversus eum qui optulit
quamvis fur non sit. constitu-
ta est actio que appellatur
oblati. Est autem prohi-
biti actio adversus eum qui
furtum querere testibus
presentibus volentem prohi-
buit. Preterea pena con-
stituitur edicto pretoris per ac-
tionem furti non exhi-
biti. adversus eum qui fur-
tivam rem apud se quesi-
tam et inventam non
exhibuit. Sed hee actiones
id est concepti et oblati et furti
prohibiti. nec non furti non
exhibiti in desuetudinem
abierunt. Cum enim re-
quisitio rei furtive hodie
etiam per veteres observationes
non fit. merito ex consequen-
tia etiam prefate actiones ab u-
su communi recesserunt. cum
manifestum est quod omnes qui
scientes rem furtivam
susceperint. et celaverint
furti nec manifesti obnoxii
sunt. Pena manifesti
furti quadrupli est. tam
ex servi persona quam ex liberi. nec
manifesti dupli. Furtum
autem fit non solum cum quis
intercipiendi causa rem

IIII

Rem invito. et quid si volente? ut j. e. § vii. illud. Gestandi. i. ducendi equum perduxisset. i. si aliquis commodavit. Certe furti est de alieno largiri. ut ff. e. l. si pignore. Subsignavit. et est ideo quia voluntas distinguit maleficia. ut ff. e. l. qui iniurie in fi. l. ix. et alias e. ad l. cor. de sic. l. i. ff. si c. pe. l. que te. Permissurus. quid si hoc credidit et dominus permissurus non sit? Stulte credebat. Respondeo non tenetur cum non fiat sine furtum sine affectu ut hic subicitur. et ss. de usuc. §. Ex quibus actione ex eo certum est commodo vel filii tutori tenentur ut ff. e. l. qui res commodatas. Et secus si stulte opinor te permissurum furtum et etiam accipio ut ff. de furtis. qui vas. §. necare.

alienam amovet. Sed
generaliter eum qui alienam
rem invito domino contrectat. Itaque
sive creditor pignore sive
is apud quem res deposita est
ea re utatur, sive is qui rem
utendam accepit in alium
usum eam transferat
quam cuius gratia ei data est, fur-
tum committit. Veluti si quis
argentum utendum ac-
ceperit quasi amicos ad cenam
invitaturus et id peregre se-
cum tulerit, aut si quis e-
quum gestandi causa commoda-
tum sibi longius aliquo
duxerit: quod veteres scripserunt
de eo qui in aciem equum
perduxisset. § Placuit ta-
men eos qui rebus commodatis a-
liter uterentur quam utendas
acceperint, ita furtum co-
mittere si se intellegant
id invito domino facere eum-
que si intellexisset non permis-
surum; ac si permissurum cre-
dant, extra crimen videri: opti-
ma sane distinctione, quia
furtum sine furandi
affectu non committitur. Sed
et si credat aliquis invito
domino se rem commodatam
sibi contrectare, domino autem vo-
lente id fiat, dicitur furtum non

fit. Unde illud quaesitum est,
cum Titius servum Maevii
sollicitaverit ut quasdam res
domino subriperet et ad eum
perferret, et servus id ad Mae-
vium pertulerit, Maevius
dum vult Titium in ipso de-
licto deprehendere, permisit
servo quasdam res ad eum
perferre: utrum furti an ser-
vi corrupti iudicio teneatur
Titius, an neutro? Et cum
nobis super hac dubitatione
suggestum est, et antiquorum
prudentium super hoc altercationes
vel perspicimus, quibusdam
neque furti neque servi corrupti ac-
tionem praestantibus, quibusdam
furti tantummodo, nos huiusmodi calli-
ditati obviam euntes
per nostram decisionem sanc-
imus non solum furti
actionem, sed etiam servi corrup-
ti contra eum dari: licet enim
is servus deterior a sollicita-
tore minime factus est, et
ideo non concurrant regulae
quae servi corrupti actionem in-
troducerent, tamen consilium cor-
ruptoris ad perniciem pro-
bitatis servi introductum est,
ut sit ei poenalis actio impo-
sita, tamquam re ipsa fuisset
servus corruptus, ne ex hu-

res domino. i. Maevio. et ad eum. i. Titium. Perferret. i. domino suo innotuit. ut ff. de furtis. l. si quis persuaserit. Corrupti actionem. quale est quod hic dicit? aliter non fit furtum nisi invito. ut j. § p. et ff. de don. inter vir. et uxor. l. de eo. in fi. quia quod hic videtur quod nec servus deterior esse qua lex ut e. de ser. fug. l. quamvis. §. fi. et ubi competeret domino. Hic autem ab ipso corrupte ... Ne quis teneatur. et in duobus casibus in dictis. § e. § i. Furti vel furti actione ... Decisionem ... de fur. et ser. cor. i. si quis persuaserit. l. ug. et quas regule.

nascatur furtum tamen sit secundum quosdam. Sed certe nec furtum fit. ut ff. e. l. inter omnes. § pen.

quas regulas non habemus. ff. de ser. cor. l. i. et per totum titulum. ac

L

impunitate. sic . j. e. i. § fi. nedum talia agere. Item ut et unius pena sit metus multorum. ut C. ad l. iul. re. l. v. et no. ff. § primum attem. et si non sequatur effectus sic C. de ep. et cl. l. sicquis ut diceretur. et C. de his qui ad ec. confu. l. presenti. ar. contra. ff. de penis l. cogitationis. sed ibi cogitatio de veniat ad aliquem actum vel non erat nuda. Interdum furt. non bone dictum sed maleficium et ideo ex hoc maleficio non civiliter sed criminaliter agitur. nam cum sit liberum corpus non recipit estimationem. ut j. de ob. que ex qu. delic. nas. §. ob hominem. Criminaliter autem extraordinarie agitur. ut ff. e. l. fi. et de privat. delic. l. fi. Similiter si non agitur sed pena agitur condictione fur. cum ipsa ad pos. vel persecutionem competat quorum neutrum in filio habet. ut ff. e. l. eum qui. § si filius et l. inter. in pri. et § liberorum. et ff. de adqui. pos. cum heredes. § fi. et fac. ff. de rei ven. l. i. Subtraxerit. sed res non efficitur furtiva. ut ff. de usuc. l. seq. § si res. et preceptum l. si rem. Vel dic quod quandoque est furtiva et sic furtum et nascitur actio furti et facit in contrario ff. e. et C. e. in medium eorum tollere est. ut si rem meam vendam. Interdum sic furtum et res furtiva et actio furti nascitur non. ut j. e. § hii. Interdum fit furtum et actio nascitur sed non fit res furtiva. ut hic dicitur. Interdum furti tenetur non manifeste et deprehensum. ut ff. e. l. is qui. Ut alius. fac. ff. ad l. aquil. si servus servum § si quis de manu. et ff. e. l. in furti § plerumque et l. qui servo. Per lasciviam. id est per stultitiam. In factum. id est utilis aquiliana et competit contra aliquem subsidiaria. ut j. ad l. aquil. § fi. et § penult.

supponit. non. hic dari consilium solo facto. alias dicitur consilium hominis intentio ut propositum. ut ff. e. l. si quod fur. § i. sic dicitur consilium quod alicui datur bonum vel malum. ut ff. e. in furti. § si. sic consilium dicitur quod capit a multis. ut C. de le. et consti. l. humanum. Non tenetur. cum et alias erat facturus furtum et in consilio habet. et si non erat alias facturus tenetur utique. ut ff. de fur. qui servo. ff. de s. c. l. i. § quid sepe aliud videtur in actio servi corrupti. non tenetur et si alias erat facturus non tamen oportet laudando augere maliciam. ut j. ad l. aquil. § ceterum. et j. de act. § quadruplum. et ff. de servo cor. l. i. § persuadere. Set quid est. ideo quia agitur ex delicto servo post persuasionem et ideo distinguitur aut erat alias facturus aut non. sed in alius casibus ex ipsa persuasione agitur quicquid postea sequitur. ut ff. e. § unde illud dummodo non ex intervallo nimio sequitur. ut ff. de servo cor. l. in hoc et l. verum. sic eas. j. de iniur. § non solum. sed ibi non erat alias facturus et fecit. Hug. Nec ob id. quod verum est nisi vel si fuit estimata vel dominus vendiderit furti. ut ff. e. l. quamvis. In furti. non nascitur. nisi sit filius qui habeat castrense vel quasi peculium. tunc tenetur pater et pater filio. idem et de uxore. quod et hic de filio dicitur ff. e. si quis in principio et § i. Furti committit. et modice. ut j. ti. i. § fi. et ff. de vi bo. ra. l. ii. § et generaliter. Item oportet quod intersit quod ita et probabili ca. sciam. nisi ma. fi. possit ut hic res fur. furti non agere. ut ff. e. l. itaque. circa prin. et l. eum qui emit. § tu autem. Sed si bonam intentionem habuit. ut qui commodavit vel locavit habet actionem furti. et hic est casus in quo furti agere potest. ut ff. e. l. qui vas. § si ego.

impunitate. et in alium servum qui possit corrumpi tale facinus a quibusdam perpetrari. Interdum etiam liberorum hominum furtum fit. velut si quis liberorum nostrorum qui in potestate nostra sunt fuerit subreptus. Aliquando autem et suae rei quisque furtum committit. veluti si debitor rem quam creditori pignoris causa dedit subtraxerit. Interdum furti tenetur qui ipse furtum non fecit. qualis est cuius ope et consilio furtum factum est. In quo numero est qui tibi nummos excusserit ut alius raperet. aut obstiterit tibi ut alius rem tuam exciperet. vel oves tuas vel boves tuos fugaverit ut alius eas exciperet. et hoc veteres scripserunt de eo qui panno rubro fugavit armentum. Sed si quid eorum per lasciviam et non data opera ut furtum admitteretur factum est. in factum actio dari debeat. At ubi ope Mithridatis Titius furtum fecerit. ambo furti tenentur. Ope et consilio eius furtum admitti videtur qui scalas forte fenestris supponit. aut ipsas fenestras vel hostium effringit ut alius furtum faceret. quive ferramenta ad effringendum aut scalam fenestris ut supponeretur commodaverit. sciens cuius gratia commodaverit. Certe qui nullam operam ad furtum faciendum adhibuit. sed tantum consilium dedit atque hortatus est ad furtum faciendum. non tenetur furti. Hi qui in parentum vel dominorum potestate sunt. si rem eis surripiant. furtum quidem illis faciunt. et res quidem in furtivam causam cadit. nec ob id ab ullo usucapi potest antequam in domini potestatem revertatur. sed furti actio non nascitur. quia nec ex ulla alia causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope consilioque alterius furtum factum fuerit. quia utique furtum committitur. convenienter ille furti tenetur. quia verum est ope et consilio eius furtum factum esse. Furti autem actio ei competit cuius interest rem salvam

At ubi. adversatur primo dicto ubi dixit dari in factum

Furti actio. res tamen non fit furtiva. ut dixi s. e. § aliquando.

esse. licet dominus non sit. Ita-
que domino aliter competit quam
si eius interest rem
non perire. Unde constat
creditorem de pignore
surrepto furti agere pos-
se. etiam si idoneum debito-
rem habeat. quia expedit ei
pignori potius incumbe-
re quam in personam agere.
adeo quidem. ut quamvis
ipse debitor eam rem sur-
ripuerit. nichilominus creditori
competit actio furti. Item
si fullo polienda curan-
dave. aut sarcinator
sarcienda vestimenta mer-
cede certa acceperit. eaque
furto amiserit. ipse furti
habet actionem non dominus. quia
domini nichil interest eam
rem non perisse. Cum
iudicio locati a fullone vel
sarcinatore rem suam
persequi potest. Sed bone
fidei emptori surrepta
re quam emerit. quamvis dominus
non sit. omnimodo competit
furti actio quemadmodum et cre-
ditori. Fulloni vero et sar-
cinatori non aliter fur-
ti competere placuit quam
si solvendo sint. hoc est si
domino rei estimationem sol-

vere possint. Nam si sol-
vendo non sunt. tunc
quia ab eis suum dominus
consequi non possit. ipsi
domino furti actio competit. quia
hoc casu ipsius interest rem sal-
vam esse. Idem est et si in
parte solvendo sit fullo aut
sarcinator. Que de fullo-
ne et sarcinatore diximus.
eadem ad eum cui commoda-
ta res est transferenda
veteres existimabant. Nam
ut ille fullo mercedem ac-
cipiendo custodiam prestat. ita is quoque qui commo-
datam rem utendam
percepit. nichilominus necesse habet custo-
diam prestare. Sed nostra pru-
dentia hoc etiam in nostris decisio-
nibus emendavit. ut in
domini sit voluntate sive
commodati actionem adversus eum
qui rem commodatam accepit movere desiderat. sive furti
adversus eum qui rem sur-
ripuit. et alterutra earum electa
dominum non posse ex peni-
tentia ad alteram venire
actionem. Sed et si quidem fu-
rem elegerit. illum qui rem
utendam accepit penitus
liberari. Sin autem commoda-

possint. immo videtur quod si [illegible]
dominus debeat furem convenire. ut [illegible]
hoc est ipse vestimenta [illegible]
ubi de actione in rem vel condictione fur-
ti actio domino competat et facit
ad hoc dictum hoc autem de actione fur-
ti ac.

parte. ut furti actio domino competat
et facit ad hoc [illegible] de condictione fur-
tiva l. si fullo ac.

decisionibus. ut C. de furtis
et servo corrupto l. fi. § [illegible]

Electum. unde actio furti
hoc casu non est ambulatoria
ac.

actionem. et penitentia exacta
domino restituere non cogitur
quia ubi periculum ibi et commo-
dum. ut C. de furtis l. fi. §
hoc cum. ac.

tor veniat adversus eum
qui rem utendam acce-
pit, ipsi quidem nullo modo com-
petere posse adversus furem
furti actionem. Eum autem qui
pro re commodata convenitur
posse adversus furem furti
habere actionem, ita tamen si dominus
sciens rem esse subreptam
adversus eum cui res commodata
fuit pervenerit. Sin autem nes-
cius et dubitans rem non
esse apud eum commodati ac-
tionem instituit, postea re com-
perta voluit remittere quidem
commodati actionem, ad furti
autem pervenire, tunc licenti-
a ei concedatur adversus furem
venire nullo obstaculo
ei opponendo, quoniam incertus
constitutus movit adver-
sus eum qui rem utendam
accepit commodati actionem,
nisi domino ab eo satisfactum est.
tunc enim omnimodo furem a domino
quidem furti actione libe-
rari, suppositum autem esse ei
qui pro re sibi commodata domino
satisfecit. Cum manifes-
tissimum est et si ab initio dominus
actionem instituit commoda-
ti ignarus rem esse subrep-
tam. Postea autem hoc ei
cognito adversus furem

transivit omnimodo liberari eum
qui rem commodatam ac-
cepit quemcumque causae
exitum dominus adversus furem
habuerit eadem diffinitione op-
tinente sive in partem sive
in solidum solvendo sit
his qui rem commodatam
accepit. Sed si is apud
quem res deposita est custodi-
am non praestat, sed tantum in eo
obnoxius est si quid ipse
dolo malo fecerit, qua de causa si res
ei subrepta fuerit, quia re-
stituende eius rei nomine
depositi non tenetur nec ob
id eius interest rem salvam
esse, furti agere non posse,
sed furti actio domino com-
petit. In summa sciendum
est quaesitum esse an impu-
bes rem alienam amo-
vendo furtum faciat, et
placet quia furtum ex af-
fectu consistit ita demum
obligari eo crimine impu-
berem si proximus pubertati
sit et ob id intelligat se
se delinquere. Furti actio
sive dupli sive quadrupli ad
pene persecutionem pertinet.
Nam ipsius rei persecutionem
extrinsecus habet dominus quam aut
vendicando aut condicendo

Manifestum. verum dico quod eligendo unam repellitur ab altera si sciebat a principio furtum factum.

Dolo. scilicet quibus modis re ... ob ... depositi ... ac.

In summa. id est ut breviter hic expediamus. ac.

Proximus. a decimo anno et dimidio, ut ostenditur ... ff. e. l. impuberem ... l. excipiuntur. ff. de re iur. l. pupillus. ac.

Vendicando. id est dominium petendo si extet.

[illegible]

III

[illegible]

potest auferre. Sed uendicatio quidem aduersus possessorem est, siue fur ipse possidet siue alius quilibet; condictio autem aduersus ipsum furem heredemue eius, licet non possideat, competit.

De ui bonorum raptorum

Qui res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti. Quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat quam qui ui rapit? Ideoque recte dictum est eum improbum furem esse. Sed tamen propriam actionem eius delicti nomine pretor introduxit, que appellatur ui bonorum raptorum, et est intra annum quadrupli, post annum simpli. Que actio utilis est, etsi quis unam rem licet minimam rapuerit. Quadruplum autem non totum pena est, et extra penam rei persecutio, sicut in actione furti manifesti diximus. Sed in quadruplo inest et rei persecutio, ut pena tripli sit, siue comprehendatur raptor in ipso delicto siue non. Ridiculum est enim leuioris esse condicionis eum qui ui rapit quam qui clam amouet. Quia tamen ita competit hec actio, si dolo malo quisque rapuerit, qui aliquo errore inductus suam rem esse et imprudens iuris eo animo rapuit, quasi domino liceat rem suam etiam per uim auferre possessoribus, absolui debet. Cui scilicet conueniens est nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne dum talia excogitantur inueniatur uia per quam raptores impune suam exerceant auaritiam, melius diualibus constitutionibus pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat ui rapere rem mobilem uel se mouentem, licet suam eandem rem existimet. Sed si quis contra statuta fecerit, rei quidem sue dominio cadere; sin autem aliena sit, post restitutionem etiam estimationem eiusdem rei prestare. Quod non solum in mobilibus rebus que rapi possunt constitutiones optinere censuerunt, sed etiam in inuasionibus que circa res soli fiunt, ut ex hac causa omni rapina homines abstineant. In actione non utique expectatur rem in bonis actoris esse; nam siue in bonis sit siue non sit, si tamen ex bonis sit, locum hec actio habebit.

[illegible]

[illegible]

Item si tibi commodata sint vel locata, sive etiam pignorata sive deposita sint apud te, sic ut intersit tua eam non auferri: veluti si in re deposita culpam promisisti: sive bona fide possideas, sive usumfructum in ea quis habeat vel quod aliud ius, ut intersit eius non rapi: dicendum est competere ei hanc actionem, ut non dominium accipiat, sed illud solum quod ex bonis eius qui rapinam passus est, id est quod ex substantia eius ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex hisdem causis omnes habere hanc actionem.

De lege Aquilia

Damni iniurie actio constituitur per legem Aquiliam. cuius primo capite cautum est, ut si quis hominem alienum alienamve quadrupedem que pecudum numero sit iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuit, tantum domino dare damnetur.

Quod autem non precise de quadrupede, sed de ea tantum que pecudum numero est cavetur, eo pertinet, ut neque de feris bestiis neque de canibus cautum esse intelligamus. Sed de his tantum que proprie pasci dicuntur, quales sunt equi, muli, asini, boves, oves, capre. Et de suibus quoque idem placuit. Sic denique Homerus in Odissea ait. Sicut Elius Marcianus in suis institutionibus refert: ...

Iniuria autem occidere intelligitur qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem occidit non tenetur, utique si aliter periculum effugere non potest. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit, si modo culpa eius nulla invenitur. Nam alioquin non minus ex dolo quam ex culpa quisque hac lege tenetur. Itaque si quis dum iaculis ludit vel exercitatur, transeuntem servum tuum traiecerit, distinguitur. Nam si id a milite quidem in campo eoque ubi solitum est exercitari admissum est, nulla culpa eius intelligitur: si alius tale quid admisit, culpe reus est. Idem iuris est de milite, si is in alio loco quam qui exercitandis militibus ...

III

putator .i. qui putat vites in arboribus positas vel in quibusdam aliis simul vel ipsas arbores. unde et arbores putantur. Non proclamavit. si forte dolo fecit putator ut ff. e. si putator. ac.

Infirmitatem. non videbitur sua infirmitate vel alterius lesionem committere ut ff. ea. l. ut vr. § inuitionem. anno. fuit ibi illa ponuntur et hec ea. s. e. in princ. Heredem. si ex dampno locupletior factus est ut ff. e.

-tibus destinatum est, id admisit. Sed si putator ex arbore dejecto ramo servum tuum transeuntem occidit: si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque proclamavit ut casus ejus evitari posset, culpe reus est. Si proclamavit, nec ille curavit cavere: extra culpam est putator. Extra culpam esse eque intelligitur si seorsum a via forte vel in medio fundo cedebat, licet non proclamavit: quia eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi. Preterea si medicus qui servum tuum secuit dereliquerit curationem atque ob id mortuus fuerit servus, culpe reus est. Imperitia quoque culpe annumeratur: veluti si medicus ideo servum tuum occiderit, quod eum male secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si servus tuus oppressus fuerit, culpe reus est mulio. Sed et si propter infirmitatem retinere eas non potuerit, cum alius firmior retinere potuisset, eque culpe tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem aut propter imperitiam suam retinere non potuit. Huius autem verba legis: quanti in eo anno plurimi fuit, illa sententia exprimitur, ut si quis hominem tuum qui hodie claudus aut luscus aut mancus erat occiderit, qui in eo anno integer aut pretiosus fuerit, non tanti teneatur quanti is hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est penalem esse hujus legis actionem, quia non solum tanti quisque obligatur quantum damnum dedit, sed aliquando longe pluris. Ideoque constat in heredem eam actionem non transire, que transitura fuisset si ultra damnum nunquam lis estimaretur. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit, non solum perempti corporis estimationem habendam esse secundum ea que diximus, sed eo amplius quicquid preterea perempto eo corpore damni vobis allatum fuerit: veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum ante quis occiderit quam is jussu tuo adiret; nam hereditatis quoque amisse rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum unam

Imperitia. facit ff. de regulis iuris l. imperitia. et ff. locati. si quis fundum. § celsus. et § si quis vitulos. et ff. de suspec. tu. l. tutor. et C. e. si.

geri. § hac actione. Estimatur. oppone de eo qui hodie plurimi fuerit quam olim et otiosus est ab aliquo natus. videtur in hoc casu esse penalis hec actio. quod videtur transire debere ad heredes. et ita sequitur. licet enim replicatur hoc casu quod non sit penalis. tamen est apte narrata ut transire debeat. ut in hoc exemplo. ans non videtur vel non videtur tamen apte narrata. ut vide et vide ut ar. ff. de aq. co. et esti l. i. § cottidiana et ff. de es. l. i. § te. fin.

Dyxim. pro toto hunc tractatum hereditatis in lege aquilia dampnum consequimur et quod amisimus dictum quod ante consequi potuimus aut erogare cogimur ut ff. ea. l. proinde si servum A. si servum meum. § pl.

No. imperitia non excusat et [illegible]

Argumentum de [illegible] est [illegible] et non [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

De vita et honestate clericorum

Clerici qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahunt se ioculatores seu goliardos faciunt aut bufones. si per annum artem illam ignominiosam exercuerint ipso iure si at tribus amoniti non resipuerint careant omni privilegio clericali

ex comediis. qui cantabant de comedia et unus sine alio nesciebat dicere vel cantare. supersunt. facit ar. quod ff. de act. empt. l. si sterilis § cum per venditorem de peculio et omnino vel uni multa. si persequi. s. quia suo tamen nomine dupli iudicio. ut s. e. ... criminis. l. cor. de sic. ut ff. e. l. in veratius § si dolo. nam et pro suo occiso ea lege agitur. ut pro libero. ut ff. ad l. cor. de sic. l. i. § i. contra tamen agere ima. non potest agi vel, quod ut ff. de pu. iu. l. iu. et ff. ut bo. e. l. ii. § i. sed pacto uno agere potest quo ut quis ei act. § l. i.

L... hoc tamen capite. hic dicit quod vetus primum cap. et tertium et dicit in primo capite et dicit xxx. sed quare tantum spatium in tertio capite apposuit quam in primo. R. quia in primo gravius deliquid et ideo gravius punitur. ut ff. de off. p. l. divus. ac adicitur. i. non est positum in hoc tertio capite. Romanam quod est plebiscitum. quod idem est. ut ff. e. l. i. et ff. de iur. na. § plebiscitum.

vel ex quadrigis equorum unum occiderit vel ex comoedis unus servus fuit occisus, non solum occisi fit estimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanto depreciati sunt qui supersunt. Liberum est autem ei cuius servus fuit occisus et privato iudicio legis Aquiliae dampnum persequi et capitalis criminis eum reum facere. Caput secundum legis Aquiliae in usu non est. Capite tercio de omni cetero dampno cavetur. Itaque si quis servum vel eam quadrupedem quae pecudum numero est vulneraverit, sive eam quadrupedem quae in pecudum numero non est, veluti canem aut feram bestiam vulneraverit aut occiderit, hoc capite actio constituitur. In ceteris quoque omnibus animalibus. Item in omnibus rebus quae anima carent dampnum iniuria datum hac parte vindicatur. Si quid enim ustum aut ruptum aut fractum fuerit actio ex hoc capite constituitur, quamquam potuerit sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere. Ruptum enim intelligitur quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum usta aut fracta sed etiam scissa et collisa et effusa et quoquo modo perempta atque deteriora facta hoc verbo continentur. Denique responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum id inmiserit, quo naturalis bonitas vini vel olei corrumperetur, ex hac parte legis eum teneri. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur si dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occisus occisave fuerit, ita ex hoc capite ex dolo aut culpa de cetero dampno quemque teneri. Hoc tamen capite non quanti in eo anno sed quanti in diebus xxx proximis ea res fuit obligatur is qui dampnum dederit. Ac ne plurimi quidem verbum adicitur. Sed Sabino recte placuit perinde habendam estimationem ac si etiam hac parte plurimi verbum adiectum fuisset. Nam plebem Romanam quae Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit contemptam fuisse quod prima parte eo verbo usa est. Ceterum placuit ita demum ex hac lege actionem

Sufficere. sed non ... ut speciales quidam enumerant, generalius subiciatur verbum in quo singula complectantur. ut ff. e. si servum servi. § inquid. culpa. et levissima. ut ff. e. l. in lege al. ... ut s. e. § iniuria. tercius. i. de dampno dato in ceteris rebus. ut de vulnerato et rupto. Ruptum. quod verbum est legis tercii capitis

ut ff. de v. o. l. titia. § id. ... ff. de reb. cre. l. ult. c. famil. ercisc. et ff. de condic. ... l. e. ... ff. de act. emp. l. si venditor hominem ff. de edi. ed. l. ... ff. de ... quod fundum ... ff. de ... l. iii. et l. ... ff. de pactis ... ff. de fidei. l. i. § f. § i. ff. de ... l. sabinus. Jo.

f. ab occisione hominis vel quadrupedis

prima. quod ... in ... primis ... repetita ... [illegible]

IIII

fuit. et qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur. ut ff. e. l. qui occidit. § hec autem actio. s. subsidiaria que datur in damnis que in l. aquil. non comprehenduntur. ut ff. e. l. si servum meum. § si. et ut hec ex persona. ut ff. de pre. ver. l. qui actionum ... si non in ... ducitur. datur furti actio. ut ff. de do. l. et elegans. § si latro. ... vel in factum actio. s. ... et illo in factum. ut ff. e. l. si obstetrix. § si quis hominem. Non difficiliter. immo faciliter. ut ff. e. l. qua actione. i. fi.

De iniuriis. Post alia privata delicta de iniuriis ponit quod privatum est delictum et non publicum. non tamen civiliter competit sed iniuriato tantum. Fugeret. non quod datur damnum corpore vel corpori et tunc locum habet actio l. aquil. directa. quia a non corpore in corpus ut patet per multa exempla s. e. § pe. et in fi. ... ut si alium anulum excussi ut in aquam caderet. ut ff. e. si servum. § si quis de manu. et his duobus casibus habet locum actio l. aquil. et illo in factum. ff. de ... ut ff. e. l. quadrimi. § magistratum. in ... et ... ff. vi bo. rap. l. ii. § pupillum. quia a non corpore in non corpus et tunc fiduciaria in factum competit. ut ff. e. si servum. § f. de qua actione in factum quod habet ... dicit uo[lumus]. ... de medic. § fi. Iniquitas. i. iniquitatem committit iudex qui contra equitatem pronuntiat. Iniustitia. qui contra secundum ius iniquitatem et iniustitiam cum pronuntiavit. Accepisse. i. ille contra quem iudicatum. Convicium. quasi convocium. cum ad unum in iniuria plures voces conferuntur. ut ff. e. item apud labeonem. § convicium. Intelligebat. et ... ei fieri iniuriam. ut ff. e. l. ... si quid si ... debitor ... adeo ... qui ... compatitur ostendi. et ... ut ... qui ... ff. l. ii. r. ... si dico quod ... eum provocavi vel meum debitorem appellavi cum non ... ff. e. eum qui

... num est. Si quis precipue corpore suo damnum dederit. Ideoque in eum qui alio modo damnum dederit utiles actiones solent dari. veluti si quis hominem alienum aut pecus ita incluserit ut fame necaretur. aut iumentum tam vehementer egerit ut rumperetur. aut pecus in tantum exagitaverit ut precipitaretur. aut si quis alieno servo persuaserit ut in arborem ascenderet vel in puteum descenderet. et is ascendendo vel descendendo aut mortuus fuerit aut aliqua parte sui corporis lesus fuerit. utilis in eum actio datur. Sed si quis alienum servum de ponte aut ripa in flumen deiecerit. et is suffocatus fuerit. eo quod proiecerit corpore suo damnum dedisse non difficiliter intelligi poterit. ideoque ipsa lege aquilia tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum neque corpus lesum fuerit. sed alio modo damnum alicui contigit. cum non sufficit neque directa neque utilis aquilia. placuit eum qui obnoxius fuerit in factum actione teneri. veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solverit ut fugeret.

De iniuriis.

Generaliter iniuria dicitur omne quod non iure fit. Specialiter alias contumelia que a contempnendo dicta est. quam greci ybrin appellant. alias culpa quam greci adikima dicunt. sicut in lege aquilia damnum iniuria accipitur. alias iniquitas et iniustitia. quam greci adikian vocant. Cum enim pretor vel iudex non iure contra quem pronuntiavit iniuriam accepisse dicitur. Iniuria autem committitur non solum cum quis pugno pulsatus aut fustibus cesus vel etiam verberatus erit. sed et si cui convicium factum fuerit. sive cuius bona quasi debitoris qui nichil debuit possessa fuerint ab eo qui intelligebat nichil eum sibi debere. vel si quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen scripserit composuerit ediderit dolove malo fecerit quo quid eorum fieret. seu quis matrem familias aut pretextatum pretextatamve assectatus fuerit. sive cuius pudicitia attemp[tata]

Simul est. ... dolo ... primum ut ff. de ... fur. l. si hominem. l. pe. ... in ... naturam

ex lege aquilia. cum neque directa neque utilis ... ex ... quia ... iudex ... in l. ... tempus ... completo ... nec tantum apud ...

Fieret. si nocens erat. nam peccata nocentium expedit nota esse. ut ff. e. eum qui in ... Matrem familias dicit que ... et honeste vivit in domo sua. ut ff. de ... l. iii. § ... de his qui sunt sui vel alieni iuris. Pretextatam. ... iniurie faciende. Pretexta genus est vestis quo nobiliores cives ... solebant ... unde si aliquis quam cum ... ignominiam iniuriarum tenebatur illi quem assectabatur. Attemptata. attemptare est blando sermone pudicitiam alicuius ... ut ff. e. so. apud labeonem. § aliud.

... corp. corp. ... competit actio directa ... ex lege aquilia ... corp. ... non corp. ... non corp. ... in factum ... directa ...

potestate. si ille iniuriato scit eos esse in potestate sua, licet ignoret in cuius potestate. alioquin non. sic marito si mulierem in dubio credat. ut ff. e. eum qui nocentem. § si ac. plibus qui vocantur. ff. e. p totum. C. e. p totum. uxorem vel sponsam. ut ff. e. l. ite § si sponsum quoque. patris. si in potestate non esset. ut ff. e. l. i. § ite. | Iniuria. quando ad hoc non agatur infecto. s. iure civili. sed infecto iure illi. ut ff. e. eum. §. l. z. s. de his qui sunt sui vel alieni iuris. § si. ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt.

l. iii. quod sunt chie. ac. Atrocius quam equum sit. aperte. respicere ex causa id commissum fuerit. Si autem non domini contumeliam sed servi tantum. adhuc non dicitur iniuria relinquitur a pretore. ut ff. e. l. ite ap labeo. § si quis sic fuit. respicio

tata esse dicatur; et denique aliis pluribus modis admitti iniuriam manifestum est.

Patitur autem quis iniuriam non solum per semet ipsum, sed et per liberos suos quos in potestate habet; item per uxorem suam: id enim magis praevaluit. Itaque si filiae alicuius quae Titio nupta est iniuriam feceris, non solum filiae nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris quoque et mariti nomine. Contra autem si viro iniuria facta est, uxor iniuriarum agere non potest: defendi enim uxores a viris, non viros ab uxoribus aequum est. Sed et socer nurus nomine, cuius vir in potestate est, iniuriarum agere potest.

Servis autem ipsis quidem nulla iniuria fieri intellegitur, sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis quibus etiam per liberos et uxores, sed ita cum quid atrocius commissum fuerit et quod aperte ad contumeliam domini respicit, veluti si quis alienum servum verberaverit, et in hunc casum actio proponitur. Sed si quis servo convicium fecerit vel pugno percusserit, nulla in eum actio domino competit.

Si communis servo iniuria facta sit, aequum est non pro ea parte qua dominus quisque est aestimationem iniuriae fieri, sed ex dominorum persona, quia ipsis fit iniuria.

Quod si ususfructus in servo Titii est, proprietas Maevii est, magis Maevio iniuria fieri intellegitur.

Sed si libero qui tibi bona fide servit iniuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit: nisi in contumeliam tuam pulsatus sit; tunc enim competit et tibi iniuriarum actio. Idem ergo est et in servo alieno bona fide tibi serviente, ut totiens admittatur iniuriarum actio quotiens in tuam contumeliam iniuria ei facta est.

Poena autem iniuriarum ex lege xii tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum nummariae poenae erant constitutae quasi in magna veterum paupertate. Sed postea praetores permittebant ipsis qui iniuriam passi sunt eam aestimare, ut iudex vel tanti condemnet

Dominus. immo pro parte dominii. ut ff. e. sed si. § co. non. quod si recte intelligatur. nam quibus agetur, domino dividie ut si duo sint unus nobilis alter ignobilis. si similiter esset totus illius nobilis agetur iniuriarum in xx. tunc autem agetur in x. ignobilis autem agetur in x. si esset totus suus. tunc ergo agetur in v. et ita quibus pro parte sua. et non dignitatis habetur ratio. ibi. etiam per pomia domini. ac. meum. ad contumeliam usus. facta sit. ut ff. e. l. ite. § usus. et § ite. tali. ac.

contumeliam. in tantum ipse iniuriarum agitur. membrorum. puta manum vel pedem. ruptum. i. debilitatum. talio. i. similitudo membrorum. vel membrum pro membro. magna. hoc non ad pretium sed ad illud quod erat poena talionis. ac. quod hodie. patiendum iniuriam sed in casu de suspenso si datur hodie non dignum. § o. § ob hominem et non. hoc dicitur iure ac ex malo et quasi malo. nam ubi ex malo si plures sint quibus in solidum conveniuntur. sed secus ex actione ex quasi malo. ut ff. nautae. sta. l. i. § si. si plures. item actione ex malo unus solvendo non liberat alium. sed in hac sic. ff. nau. ca. l. licet. § plurium. item sunt non concedimus actiones. ut ff. nautae. sed et ipsi. sed in actione ex quasi malo conceditur. ut ff. de § postumi datur in ac. non concessa. ut ff. de effec. tes. si vero plures quorum auctore sed hoc generaliter hodie actorum in hic quoniam illeque sunt ex malo. ut. j. de perpetuis et temporalibus actionibus. § heredibus in principio.

Respicit. hic duobus casibus domino datur actio. hoc est cum ad eius contumeliam fiat iniuria. sed servo actio datur. et tunc dominus agit propter iniuriam servo factam non tamen servi nomine cui servo competat actio. sed primo casu suo nomine pro iniuria sibi commissa. | casum. non solum in superiori quoniam ad contumeliam domini facta est iniuria. ac.

Honoraria. factum ... [gloss, heavily abbreviated]

humilis ... [gloss, heavily abbreviated]

quam iniuriam passus est aestimaverit. vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed poena quidem iniuriae quae ex lege XII tabularum introducta est in desuetudinem abiit: quam autem praetores introduxerunt, quae etiam honoraria appellatur, in iudiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis vitaeque honestatem crescit aut minuitur aestimatio iniuriae. qui gradus condemnationis et in servili persona non immerito servatur: ut aliud in servo actore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo et compedito constituatur. Sed et lex Cornelia de iniuriis loquitur et iniuriarum actionem introduxit: quae competit ob eam rem, quod se pulsatum quis verberatumve domumve suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus sive in propria domo quis habitat sive in conducta vel gratis sive hospitio receptus sit. Atrox iniuria aestimatur vel ex facto: veluti si quis ab aliquo vulneratus fuerit vel fustibus caesus: vel ex loco, veluti si cui in teatro vel in foro vel in conspectu praetoris iniuria facta sit: vel ex persona, veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili iniuria facta sit, aut parenti patronove fiat a liberis vel libertis. aliter enim senatoris et parentis patronique, aliter extranei et humilis personae iniuria aestimatur. nonnumquam et locus vulneris atrocem iniuriam facit, veluti si in oculo quis percussus sit. parvi autem refert, utrum patrifamilias an filiofamilias talis iniuria facta sit: nam et haec atrox aestimabitur. In summa sciendum est de omni iniuria eum qui passus est posse vel criminaliter agere vel civiliter. et si quidem civiliter agatur, aestimatione facta secundum quod dictum est poena imponitur. Sin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria poena reo irrogatur. hoc videlicet observando quod Zenoniana constitutio introduxit, ut viri illustres quique supra eos sunt et per procuratorem possint actionem iniuriarum criminaliter ...

Illustres ... [gloss, heavily abbreviated]

apparet dicit quod calumniam eius legis si vult [...] puniatur. Sed videtur quod ex tali consilio nemo teneatur, ut ff. de ob. que ex delic. nasc. l. ope in fi. et ff. si dic. vel si dixi... Item ar. C. si man. l. sua, l. quia nemo ex consilio etc. | Dissimulatione: ut si visus vel convenit postea cum eo. Item nudo pacto ipso iure tollitur, ut ff. de pac. si tibi § quedam actiones. | Sed numquid est nata statim facta iniuria, an tunc demum si dicatur ad animum revocasse, ut ultimum dixit hic vel ut dixit quidam? | Sed certum est statim nata, non tamen ex revocatione ad animum, vel ex aliis talibus nascatur hec talis actio, sed ex contumelia, ut ff. de iniur. si inl. § si prin. | Item quomodo aboletur hec si certe nata esse nullo modo, ut ff. de iniur. nup. et l. nam et l. § post dictum, et ff. de v. ob. decem ac. | Non revocaverit, id est aboleverit, non tamen contrarie ad animum revocaverit. Sed sufficit si remaneat tacitus et ei non reconsilietur. Sed quid si in ultima voluntate in penam vel remittitur qui coactus ad mortem et postea convalescat? numquid renascatur, videtur quod sic, ut ar. C. de don. causa mortis. Item qui coactus remisit unde postea prestatur quod tacitum non habet, ut ff. quod metus c. l. i. | Sed concedo quod semel fuit extincta, unde rursus suscitari non potest, ut ff. de tol. qui res § area. Item plurimo quod [...] voluit remittere [...] qualitercumque sui non al. non potest. Item remitte plurimam quod cum in fuisse immemorem sue salutis, ut C. ad l. Iul. re. l. f. Item est contra ad id quod hic dicitur nuda voluntate tolli hanc actionem, ff. de neg. gest. Pomp. l. nam quoniam certe si certe ab [...] tolli nuda voluntate, id est simplici; sed si semel ad animum revocavit non per nudam voluntatem sed per voluntatem pacto vel alio expressam sic ipso iure, ut dictum est, per l. ff. de pac. si tibi § quedam.

Ex quasi ob ex maleficio dixit, sequitur de his que ex quasi maleficio fiunt.

Iudex: si [...] factum sui filiusfamilias, quando filiusfamilias est iudex, pater de peculio tenetur in id quod sunt in peculio, cum filiusfamilias litem suam fecit, ut ita sint duo specialia, et quia datur de peculio licet quasi ex maleficio, quod non est alias, ut ff. de his qui deiec. vel effu. l. i. § cum servus. Item nota quod inspicitur tempus quo facit litem suam in condemnando, licet alias rei vendende tempus spectetur, ut ff. de peculio quesitum. Et plane hoc ff. de iud. l. si filius. | Litem, id est contentionem vel litigium, ut in id teneatur ipse in quo lesit aliquem, et hoc tamen per imprudentiam, ut infra sequitur. Nam si dolo, tunc non habet locum hic titulus, sed ex maleficio tenetur et fit infamis, ut C. de pena iud. qui male iud. l. f. | Sed numquid hec omnia in arbitro locum habent? dicit Jo. quod sic, ut C. de pact. si quis in conscribendo. | Alii quod, cum possit peti pena tantum, et non sententia valeat, ut C. de arbit. l. i. et l. ii., et maxime per nova iura que nil eis etiam post sacramentum, ut in aut. de iud. § quia coll. vi. | Sed certe prima sententia vera est, nec obstat hec aut. quia vel erunt in arbitro post sacramentum etc. vel possunt cogi parere suo stare arbitrio vel eis pubz. nam notabit altam partem puniram [...] et quia arbitrium agere ut dictum est et per actionem in factum, ut infra e. § f. | Videtur: ut si dubitatum esset an fur criminaliter dum puniretur si non, ut in l. ista Gallus Aquilius iudicet puniri; et quia tamen non suo iudicio pro ut pronuntiavit, ubi pene gravis sequitur, ut C. de pen. iud. qui mal. iud. aut. novo iure, et facit ad hoc ex. ff. de varus et extra. cognit. l. fi. | Equum: et sic puniretur quis al. in quantum iudicium videtur equum, ff. de iniur. si inius § sunt. | Habitabat: hospes plane non tenetur, sed is qui hospitium dedit, ut ff. de his qui deiec. vel effu. l. i. § plane ac.

Quod heredi, id est patientias damnum iniuria, sed in casu de suspenso non datur heredi, ut dixi supra e. § ob hominem. Et non hec deiectum [...] ac. ex mal. et quia in [...] ex ma. si plures [...] in solidum conveniuntur, sed secus in hec ac. ex quasi ma., ut ff. naut. ca. sta. l. ult. § si plures. Item ex ma. unus solvendo non liberat alium, sed in hec sic, ut ff. nau. ca. sta. l. ii. § possumus.

vel pulsaret vel capite ei occurrere, qui ex ipsa manifestus apparebit. Et sciendum est solum, et si iniuriarum teneri, qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit, verum illum quoque contineri qui dolo fecit vel qui curavit ut alicui mala pugno percuteretur.

Hec actio dissimulatione aboletur: et ideo si quis iniuriam dereliquerit, hoc est statim passus ad animum suum non revocaverit, postea ex penitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

De obligationibus que quasi ex delicto nascuntur.

Si iudex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur. Sed quia neque ex contractu obligatus est, et utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri: et in quantum de ea re equum religioni iudicantis videbitur, penam sustinebit.

Item is ex cuius cenaculo vel proprio ipsius vel conducto vel in quo gratis habitabat, deiectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceretur, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur aut servi aut liberi.

Cui similis est is qui ea parte qua vulgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest si ceciderit alicui nocere.

aureorum vel solidorum, ut ff. de his qui deiec. vel l. [...] § f. et tunc dicitur actio in factum contra annuam, ut ff. de pop. act. l. fi. | Actio perpetua que heredi et in heredem non datur, ut ff. de his qui deie. vel ef. si vero § hec autem. | L. aureorum: ideo certa pena statuitur quia non potest fieri estimatio corporis liberi, ut ff. ad l. Aq. de [...] l. ii. § i. et competit hec actio intra annum et non heredi nec in heredem datur, cum sit penalis et popularis quia ei cuius interest, ut magis intellexit, ut ff. de his qui deiec. si vero § que autem. Actio perpetua.

quo casu pena decem aureorum constituta est. De eo vero quod deiectum effusumve est, dupli quanti damnum datum est constituta est actio. Ob hominem vero liberum occisum quinquaginta aureorum pena constituitur. Si vero vivet nocitumque ei esse dicatur, quantum ob eam rem equum iudici videtur, actio datur: iudex enim computare debet mercedes medicis prestitas ceteraque impendia que in curatione facta sunt, preterea operarum quibus caruit aut cariturus est ob id quod inutilis factus est.

Si filiusfamilias seorsum a patre habitaverit et quid ex cenaculo eius deiectum effusumve sit, sive quid positum suspensumve habuerit cuius casus periculosus est, Iuliano placuit in patrem neque de peculio neque noxalem dandam esse actionem, sed cum ipso filio agendum.

Que et in filiofamilias iudice observanda sunt, qui litem suam fecerit.

Item exercitor navis aut caupone aut stabuli de dolo aut furto quod in navi aut caupona aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum quorum opera navem aut cauponam aut stabulum exercet. Cum enim neque ex contractu sit adversus eum constituta hec actio, et aliquatenus culpe reus est quod opera malorum hominum uteretur, ideo quasi ex maleficio teneri videtur.

In his casibus in factum actio competit, que heredi datur, adversus heredem non competit.

Sed alii pro eo si tangitur est annua, ut ff. de eiec. si vero § hec autem. | Litem suam, id est si in patre habitavit, alias pater tenetur de peculio, ut ff. de iud. si filiusfamilias. Item dic id est ut teneatur filius si habitet vel non habitet cum patre, sed pater tenetur de peculio, hoc primo superiori casu, quando pro crimine hoc non tenetur, ut dictum est per l. ff. de his qui deiec. vel effu. l. i. § si filius filio condempnato, id est pater tenetur de peculio, id est cum iudicato [...] cum filio suo [...] ff. de nox. l. et si condempnatur, ff. de pecul. l. iii. § id.

Ex maleficio, id est actione in factum in duplum, ut ff. nau. cau. l. f. et ff. de fur. adversus nau. cau. sta. l. i. | et actio alia in factum que est ex recepto, ut ff. nau. cau. sta. l. i. in princ. | Aliquatenus: facit ff. ad l. Aquil. si servus servum § penultimus, ff. de fur. adversus nau. cau. l. i. § pe. et ff. nau. cau. l. f. § ple.

In his casibus supradictis omnibus.

Heredem: ut ff. de iud. l. Iulianus, aut ff. nau. cau. sta. l. i. § pe.

Item furi non conceduntur actiones, ut ff. nau. c. sta. sed ipsi sit hec ex quasi maleficio ut idem § pe. [...] datur a. hec concessa, ut ff. de his qui deie. vel effu. l. si vero § cum [...]. Item hec generaliter datur heredibus actorum que ex ma. quasi ex mal. [...] ut ff. de [...] actio § [...] heredibus.

De actionibus

Superest ut de actionibus loquamur. Actio autem nichil aliud est quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. Omnium actionum quibus inter aliquos apud iudices arbitrosve de quacumque re queritur summa divisio in duo genera deducitur: aut enim in rem sunt aut in personam. Namque agit unusquisque aut cum eo qui ei obligatus est vel ex contractu vel ex maleficio, quo casu prodite actiones in personam sunt, per quas intendit adversarium ei dare aut facere oportere, et aliis quibusdam modis; aut cum eo agit qui nullo iure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam. Quo casu prodite actiones in rem sunt. Veluti si rem corporalem possideat quis quam Titius suam esse affirmet, et possessor dominum se esse dicat: nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est. Eque si agat ius sibi esse de fundo forte vel edibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi vel ex fundo vicini aquam

[illegible]

ducendi in rem actio est. Eiusdem generis est actio de iure praediorum urbanorum et rusticorum. Nam si agat ius sibi esse altius aedes suas tollendi, prospiciendi vel proiciendi aliquid vel immittendi in vicini aedes. Contra quoque de usufructu et de servitutibus praediorum rusticorum, item praediorum urbanorum invicem quoque proditae sunt actiones, ut quis intendat ius non esse adversario utendi fruendi, eundi agendi aquamve ducendi. Item altius tollendi, prospiciendi vel proiciendi, immittendi. Istae quoque actiones in rem sunt, sed negativae. Quod genus actionis in controversiis rerum corporalium proditum non est. Nam in his is agit qui non possidet; ei vero qui possidet non est proposita actio per quam neget rem actoris esse. Sane uno casu qui possidet nihilominus actoris partem optinet, sicut in latioribus digestorum libris oportunius apparebit. Sed istae quidem actiones et his similes et si quae sunt similes ex legitimis et civilibus causis

[illegible]

[illegible]

descendunt. Alie autem sunt quas pretor ex sua iurisdictione comparatas habet tam in rem quam in personam, quas et ipsas necessarium est exemplis ostendere. Ecce plerumque ita permittit in rem agere, ut vel actor diceret se quasi usucepisse quod usu non ceperit, vel ex diverso possessor diceret adversarium suum usu non cepisse quod usu ceperit. Namque si cui ex iusta causa res aliqua tradita fuerit, veluti ex causa emptionis aut donationis aut dotis aut legatorum, necdum eius rei dominus factus est, si eius rei casu possessionem amiserit, nullam habet directam in rem actionem ad eam rem persequendam. Quippe ita prodite sunt iure civili actiones, ut quis dominium suum vindicet. Sed quia sane durum erat eo casu deficere actionem, inventa est autem a pretore actio in qua dicit is qui possessionem amisit eam rem se usucepisse, et ita vindicat suam esse. Que actio publiciana appellatur, quoniam primum a publicio pretore in edicto proposita est. Rursus

[illegible]

Ex diviso si quis cum rei publice causa abesset vel in hostium potestate esset rem eius qui in civitate esset usucepit, permittitur domino, si possessor rei publice causa abesse desierit, tunc intra annum rescissa usucapione eam petere, id est ita petere ut dicat possessorem usu non cepisse et ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam et aliis simili equitate motus pretor accommodat, sicut ex latiore digestorum seu pandectarum volumine intellegere licet.

Item si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis eius a creditoribus ex sententia presidis possessis, permittitur ipsis creditoribus rescissa traditione eam rem petere, id est dicere eam rem traditam non esse et ob id in bonis debitoris mansisse.

[illegible]

sive. Item serviana et quasi serviana, que et hypothecaria vocatur, ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capit. Serviana autem experitur quis de rebus coloni que pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur. Quasi serviana autem qua creditores pignora hypothecasve persequuntur. Inter pignus autem et hypothecam quantum ad actionem hypothecariam nichil interest. Nam de qua re inter creditorem et debitorem convenerit ut sit pro debito obligata, utraque hac appellatione continetur. Sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam proprie contineri dicimus que simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam que sine traditione nuda conventione tenetur proprie hypothece ap

[illegible]

pollicitatione hypothece contineri dicitur. Cumque solum quatuor actiones ex sua iurisdictione propagabat hoc est pro ultima de pecunia constituta cum simili in delatione receptitia. Sed nostra constitutione cum et si quid plenius habebat hoc in actione pecuniae constitutae transfusum est et ea quae receptitia vocabatur cum sua ambiguitate a nostris legibus recessit. Et si propositum de peculio filiorum vel servorum et exquiritur an actor [illegible] et aliis compluribus. Et de pecunia autem constituta cum omnibus agitur quibuscumque. Sive in alio solutum se constituerit nulla scilicet stipulatione interposita. Nam alioquin quod stipulanti promisit ...

[illegible: marginal notes in a later hand along the top margin]

IIII

[illegible: commentary in small script surrounding the main text]

Actiones etiam de peculio non adversus patrem dominumve comparavit pretor: quia licet ex contractu filiorum suorum ipso iure non teneantur, equum tamen est peculio tenus, quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque vel servorum, condempnari eos.

Item si quis postulante adversario iuraverit deberi sibi pecuniam quam peteret, neque ei solvatur, iustissime accommodat ei talem actionem per quam non illud queritur an ei pecunia debeatur, sed an iuraverit.

Penales quorum actiones pretor ex sua iurisdictione introduxit, veluti adversus eum qui quid ex albo eius corrupisset, et in eum qui patronum vel parentem in ius vocasset, cum id non impetrasset...

[illegible: commentary in small script continuing below the main text]

[illegible: marginal notes in a later hand at the foot of the page]

[illegible]

tinuisset. Item adversus eum qui in exercitu eum qui in ius vocatur, cui ne dolo malus exemptus et alias innumerabiles.

Praeiudiciales actiones in rem esse videntur, quales sunt per quas queritur an aliquis liber vel libertus sit, vel de partu agnoscendo. Ex quibus fere una illa legitimam causam habet per quam queritur an aliquis liber sit. Ceterae ex ipsius pretoris iurisdictione substantiam capiunt.

Sic itaque discretis actionibus certum est non posse actorem rem suam ita ab aliquo petere: si paret eum dare oportere. Nec enim quod actoris est id ei dari oportet, quia scilicet dari cuiquam id intelligitur quod ita datur ut eius fiat. Nec res quae iam actoris est magis eius fieri potest.

Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est ut

[illegible]

IIII

[illegible gloss]

extra penam dupli recipiende
rei nomine fures et hac
actione teneantur si appa-
reat eos dare oportere quam-
vis sit adversus eos et iam
hec actio per quam rem suam
quis esse petit. Appellamus
autem in rem quidem actiones
vindicationes. In perso-
nam vero actiones quibus
dare facere oportere inten-
dit condictiones. Condicere
enim est denuntiare prisca
lingua. Nunc vero abusive
dicimus condictionem actionem
in personam esse qua actor in-
tendit dari sibi oportere.
Nulla enim hoc tempore eo no-
mine denuntiatio fit. Se-
quens illa divisio est quod qui-
dam actiones rei persequende
gratia comparate sunt quedam
pene persequende quedam mixte
sunt. Rei persequende causa
comparate sunt omnes in
rem actiones. Earum vero
actionum que in persona sunt
hee quidem que ex contractu
nascuntur fere omnes rei per-
sequende gratia comparate videntur

Sequens. hec est alia divisio actionum in hoc titulo.

[illegible gloss]

V

Actor ad utrumque .s. minuam et ad ea que ad simplum deducta est condictio ... quilibet ut ff. de ob. et ex causa ... condictio .s. furtiua que soli domino datur ... de eius ad usus suis ... res furtiua non extet ...

ulluit quibus minuitam pecuniam uel (in) stipulatum deductam petit actor. Est et conuentum depositi mandati pro socio ex empto uendito locato conducto.

Plane si depositi agetur eo nomine quod tumultus incendii ruine naufragii causa depositum sit: in duplum actionem pretor reddit. Si cum ipso apud quem depositum sit aut cum herede eius ex dolo ipsius agitur. quo casu mixta est actio.

Ex maleficiis uero proditis actiones alie tantum pene persequende causa comparate sunt. alie uero tam pene quam rei persequende. et ob id mixte. Penam tantum persequitur quis actione furti. siue enim manifesti agatur quadrupli. siue non manifesti dupli de sola pena agitur. Nam ipsam rem propria actione persequitur quis id est suam esse petens siue fur ipse eam rem possideat siue alius quilibet.

... in duplum ... uel depositi ... in simplum ... ex necessitate depositum ... ut ff. depositi l. i. ... ff. de ex... l. i.

... ratione ... ut ff. ad l. fal. ... ut ff. ad l. aquil. ... ex quo ... xxx dies.

[illegible]

eo amplius adicit furem
et condictio est rei. Vi autem
bonorum raptorum actio mixta
est, quia in quadruplum rei perse-
cutio continetur, pena autem
tripli est. Sed et legis aquilie
actio dampni iniurie
mixta, non solum si adver-
sus eum infitiantem in du-
plum agatur, sed interdum et
si in simplum quisque agit.
Velut si quis hominem clau-
dum aut luscum occiderit,
qui eo anno integer et
magni pretii fuit: tanti enim
dampnatur, quanti is homo
in eo anno plurimi et mag-
ni pretii fuit, secundum iam tra-
ditam divisionem. Item
mixta est actio contra eos qui
relicta sacrosanctis ecclesiis vel
aliis venerabilibus locis le-
gati vel fideicommissi nomine
dare distulerint usque adeo
ut etiam in iudicium vocarentur: tunc
enim et ipsam rem vel pecu-
niam que relicta est da-
re compelluntur et aliud
tantum pro pena, et ideo in duplum
eius fit condempnatio.

[illegible]

Quedam actiones mixtam causam optinere videntur tam in rem quam in personam. qualis est familie herciscunde actio. que competit coheredibus de dividenda hereditate. Item communi dividundo que inter eos redditur inter quos aliquid commune est ut id dividatur. Item finium regundorum que inter eos agitur qui confines agros habent. In quibus tribus iudiciis permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono et equo adiudicare. et si unius pars pregravari videbitur eum invicem certa pecunia alteri condempnare potest.

Omnes autem actiones vel in simplum concepte sunt vel in duplum vel in triplum vel in quadruplum. ulterius autem nulla actio extenditur.

In simplum agitur veluti ex stipulatione et mutui datione ex empto vendito locato conducto mandato et denique ex aliis compluribus causis.

In duplum agimus veluti furti non manifesti.

III

Aquilia. puta per infitiationem ut supra e. § ac ille. Ex quibusdam: scilicet quae tumultus, incendii, naufragii, ruine causa depositum est ut supra e. § rei persequende. Fuerit: scilicet in rure vel in corpore. locum habet lex Aquilia ut ff. ad l. aquil. in prin. et hoc tamen fiebat de bonis moribus. sed de malo doctore ut ff. de ser. cor. l. i. § persuadere vel in ti. l. ii. [illegible]

Deducatur. ut omne damnum cum ipsa re duplicetur sive pueri ut ad ipsum vel sollicitatorem sive ad alium ut ff. de servo cor. l. [illegible] [illegible]

Sed nunquid adhuc quod hi sportule quibusdam [illegible] remittuntur: ut pauperibus ut in aut. de man. prin. § [illegible] [illegible] quibusdam minores quantitates exigebantur ut a clericis ut C. de e. et c. l. [illegible] Sed in aut. [illegible] hodie [illegible] aut. per privilegium principis [illegible] remittuntur in totum [illegible] ut C. de fruc. et li. ex. l. [illegible] legum sportulas solvunt an habeant hanc actionem in triplum. dicunt quidam quod sic. ne favor noceat eis. ut C. de leg. [illegible] l. quod favore. alii quod non. qui suo iuri renuntiaverunt [illegible] [illegible]

damni iniuriae ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam casibus. Item servi corrupti, quae competit in eum cuius hortatu consilio vel servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere coepit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione etiam earum rerum quas fugiendo servus abstulit aestimatio deducitur. Item ex legato quod venerabilibus locis relictum est secundum ea que diximus. Tripli vero cum quidam maiorem verae aestimationis quantitatem in libello conventionis inseruit, ut ex hac causa viatores, id est executores litium, ampliorem summam sportularum nomine exegerint. Tunc enim id quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, triplum ab actore consequetur, ut in hoc triplo et simplum in quo damnum passus est connumeretur. Quod nostra constitutio induxit, que in nostro codice fulget, ex qua procul dubio est ex

[illegible]

[illegible]

[illegible]

condictitia. lex condictitia est quedam que condictitia vocatur et sub se quadam constitucionis habebat, ut hic et j. e. §. Item ex lege. furti. factum supra de obl. que ex del. nasc. §. pena. metus. id est actio que ex contumacia fit in quadruplum, ut j. e. §. Item actio, et usque ad annum tantum, post annum in simplum, ut ff. quod metus causa. si cum ex. §. i. ii. et iii. de ea. id est actio in factum de calumpniatoribus, annet in quadruplo et pecunia in simplo, ut ff. de calump. l. i. in prin. et §. i. quod locum habet, ut si do alicui ad ut calumpniose aliquem vexet. Item ii. actio in factum ei ob cuius malum fuit data pecunia non autem datur. Item danti quam dedit, ut de negotio suo calumpnia non fieret, ut hic et ff. de calump. l. et generaliter. §. f.

et supra de obl. que ex del. nasc. §. pena autem. Item de act. servi corr. ii. in cau. id est quam marito in uxorem datur et cetera, ut hic et ff. de servo corr. l. dolo. dubium. §. hec actio. et l. si. ut dic. omnibus, id est si negetur sive non. non autem in omni persona. depositi. actio est de dolo depositi, et tunc dicitur actione depositi propter dolum. nam utrumque non potest hic locum sumi, et de dolo actio et depositi, ut ff. de dolo l. i. §. i. §. i. vel aliter non est de dolo, et tunc plana est litera. duplicantur. id est si inimici probentur non tamen inter. conveniantur, ut C. ad l. aquil. l. §. ff. de iniur. l. cum qui. Sed illa. id est actio ex testo.

condictitia lege enumerare. Quadrupli, veluti furti manifesti. Item de eo quod metus causa factum sit; deque ea pecunia que in hoc data sit, ut is cui datur calumpnie causa negotium alicui faceret vel non faceret. Item ex lege condictitia que ex nostra constitutione oritur, in quadruplum condempnationem imponens his executoribus litium qui contra nostre constitutionis normam a reis quicquam exegerint. Sed furti quidem nec manifesti actio et servi corrupti a ceteris de quibus simul locuti sumus eo differunt, quod hee actiones omnimodo dupli sunt. At ille, id est dampni iniurie ex lege aquilia de dolo et interdum depositi, inficiatione duplicantur. In confitentem autem in simplum dantur. Sed illa que de his competit que relicta venerabilibus locis sunt, non solum inficiatione duplicantur, set et si distulerit relicti solutionem usque quo iussu magistratuum nostrorum conveniatur. In confitentem vero et antequam magistratuum iussu conveniatur et in solventem simplum redditur. Item actio de eo quod metus causa factum sit a ceteris de quibus simul locuti sumus eo differt, quod eius natura tacite continetur, ut qui iudicis iussu ipsam actori rem restituat absolvatur. quod in ceteris causis non ita est, sed omnimodo quisque in quadruplum condempnatur. quod est et in furti manifesti

condictitia. de qua dicitur, ut supra e. §. tripli. in fi. §. diximus. constitutione quam non habemus. In quadruplum. cuius quartum plus nono ut tractatur simplum fisco, simplum dampnum passo inferetur, ut in aut. ut in exor. lit. uniuersis. §. et hec quoque coll. ix. et hic quod petitur per condic. ex hac lege quam non habemus, cum non sit tantum in ea quo genere actionis agamus, ut ff. de condic. ex l. l. i. ac. constitutionis. id est predicte quam non habemus.

Normam. id est formam certam. nam formam etiam non habemus. a reis. id est convent. quotiens non agitur cui dedit, sed is in cuius dampnum data fuit pecunia. Sed et furti. omnimodo. de actione furti nec manifesti constat quod semper est in duplum, ut hic

Item simul. caute ponit simul quia una est ea de quibus alias dixit, ut supra e. §. quadrupli. restituat. usque ad diffinitivam sententiam quod intelligo de sola sententia. nam in actione quod metus causa due sententie sunt, prima de re restituenda, alia de dato quadruplo re computata in eo, ut ff. quod metus causa. si cum ex. §. hoc autem. Sed numquid usque ad diffinitivam? dico quod sic, quia utique diffinitiva sequitur condictionem, ut ff. de re iud. l. i. Alii dicunt esse admonitionem quandam primam sententiam, ut in aut. de his et sal. §. si quis a non in plures col. i. et ex eo quod per primam sententiam admonetur, et tamen diu expectatur qui metum intulit, dicitur hec actio arbitraria, ut j. e. §. preterea.

absolvatur. scilicet a prestatione quadrupli. In ceteris. qui numerantur supra e. §. quadrupli.

manifesti actione

[illegible]

iniusti actione. ¶ Actionum autem quaedam sunt
bonae fidei, quaedam stricti iuris. ¶ Bonae fidei sunt
hae: ex empto vendito, locato conducto, ne-
gotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tute-
le, commodati, pigneraticia, familiae erciscundae, com-
muni dividundo, praescriptis verbis quae de aestimato
proponitur, et ea quae ex permutatione competit, et he-
reditatis petitio. quamvis enim usque adhuc incer-
tum erat, sive inter bonae fidei iudicia conu-
meranda hereditatis petitio sit sive non, nostra
constitutio aperte eam esse bonae fidei disposuit.
¶ Fuerat antea et rei uxoriae actio una ex bo-
nae fidei iudiciis. sed cum pleniorem esse ex sti-
pulatu actionem invenientes omne ius quod rei
uxoriae ante habebat cum multis divisionibus
in ex stipulatu actionem quae de dotibus proponitur
transtulimus, merito rei uxoriae actione sublata,
ex stipulatu quae pro ea introducta est naturam
bonae fidei iudicii tantum in exactione dotis me-
ruit, ut bonae fidei sit. sed et tacitam ei dedi-
mus hypothecam. praeferri autem aliis credi-
toribus in hypothecis tunc censuimus, cum
ipsa mulier de dote sua experiatur, cuius solius
providentia hoc induximus. ¶ In bonae fidei autem
iudiciis libera potestas permitti videtur iudi-
ci ex bono et aequo aestimandi quantum actori
restitui debeat. in quo et illud continetur,
ut si quid invicem actorem praestare op-
porteat, eo compensato in reliquum is cum quo
actum est condemnari debeat. ¶ Sed
et in stricti iuris iudiciis ex rescripto divi Mar-
ci opposita doli mali exceptione compensatio indu-

[illegible]

[illegible gloss]

celebrat. Sed nostra constitutio eas compensationes quae iure aperto nituntur latius introduxit, ut actiones ipso iure minuant sive in rem sive in personas sive alias quascumque, excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi satis impium credidimus, ne sub pretextu compensationis depositarum rerum quis exactione defraudetur.

Preterea quasdam actiones arbitrarias, id est ex arbitrio iudicis pendentes, appellamus, in quibus nisi arbitrio iudicis is cum quo agitur actori satisfaciat, veluti rem restituat vel exhibeat vel solvat vel ex noxali causa servum dedat, condempnari debeat.

Sed iste actiones tam in rem quam in personam inveniuntur. In rem veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana que etiam ypothecaria vocatur. In personam veluti quibus de eo agitur quod aut metus causa aut dolo malo factum est. Item cum id quod certo loco promissum est petitur. Ad exhibendum quoque actio ex arbitrio iudicis pendet.

In his enim actionibus et ceteris similibus permittitur iudici ex bono et equo secundum cuiusque rei de qua actum est naturam estimare quemadmodum actori satisfieri oporteat.

Curare autem debet iudex ut omnimodo, quantum possibile sit, ei certe pecunie vel rei sententiam ferat, et si de incerta quantitate apud eum actum est.

Si quis agens intentione sua plus complexus fuerit quam ad eum pertinet, causa cadebat, id est rem amittebat, nec facile in integrum a pretore restituebatur, nisi minor erat viginti quinque annis.

[illegible gloss]

[illegible]

erat. Huic autem sicut in aliis causis causa
cognita succurrebatur, si lapsus iuven-
tute fuerat, ita et in hac causa succurri
solitum erat. Sane si tam magna
causa iusti erroris interveniebat, ut etiam con-
stantissimus quisque labi posset, etiam maiori
viginti quinque annis succurrebatur: veluti si quis
totum legatum petierit, post deinde prolati
fuerint codicilli, quibus aut pars legati ad-
empta sit aut quibusdam aliis legata
data sint, quae efficiebant ut plus petisse
videretur petitor quam dodrantem, atque ideo
lege Falcidia legata minuebantur. Plus autem
quattuor modis petitur: re, tempore, loco, causa.
Re: veluti si quis pro decem aureis qui ei debe-
bantur viginti petierit, aut si is cuius ex par-
te res est totam eam vel maiore ex parte
suam esse intenderit. Tempore: veluti si
quis ante diem vel ante condicionem petierit.
qua ratione enim qui tardius solvit quam sol-
vere deberet minus solvere intellegitur, eadem ratione
qui praemature petit plus petere intelle-
gitur. Loco plus petitur: veluti cum quis
id quod certo loco sibi stipulatus est alio
loco petit sine commemoratione illius loci
in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia si
is qui stipulatus fuerit ita: Ephesi dare
spondes? Romae pure intendat dari sibi
oportere. Ideo autem plus petere intellegitur, quia u-
tilitatem quam haberet promissor si Ephesi
solveret adimit ei pura intentione. Propter
quam causam alio loco petenti actio arbitraria
proponitur, in qua scilicet ratio habetur utilita-
tis quae promissori competitura fuisset si illo

[illegible]

loco solvitur. Quia utilitas ple-
rumque in mercibus max-
ime invenitur. ut in vino
oleo frumento. quae per singu-
las regiones diversa habu-
erint pretia. sed et pecuniae
numeratae non in omnibus
regionibus sub isdem
usuris feneratur. Si quis
tamen Ephesi petat. id est eo lo-
co petat quo ut sibi detur
stipulatus est. pura actione
recte agit. idque etiam praetor
monstrat. scilicet quia utili-
tas solvendi salva est
promissori. Huic autem
qui loco plus petere intel-
legitur. proximus est is qui causa
plus petit. ut ecce si quis
ita a te stipulatus sit
hominem Stichum aut decem
aureos dare spondes. de-
inde alterutrum petat.
veluti hominem tantum aut
decem aureos tantum. Ideo autem
plus petere intellegitur. quia in eo
genere stipulationis promis-
soris est electio. utrum pe-
cuniam an hominem solvere
malit. qui igitur pecuniam
tantum vel hominem tantum sibi
dari oportere contendit.
eripit electionem adversario

et eo modo suam quidem me-
liorem condicionem facit ad-
versarii vero sui deteriorem. qua
de causa talis in ea re prodita est
actio. ut si quis intendat
hominem Stichum aut decem au-
reos sibi dari oportere. id est ut
eodem modo peteret quo sibi
quisque stipulatus esset. Prae-
terea si quis generaliter homi-
nem stipulatus sit et specia-
liter Stichum petat. aut
generaliter vinum. specialiter
Campanum petat. aut genera-
liter purpuram stipulatus
sit. deinde specialiter Tyriam petat.
plus petere intellegitur. quia elec-
tionem adversario tollit. cui
stipulationis iure liberum fuit
aliud solvere quam quod peteret.
Quin etiam licet vilissimum
sit quod quis petat. plus pe-
tere nihilominus intellegitur. quia saepe ac-
cidit. ut promissori facili-
us sit illud solvere quod maioris
pretii est. Sed haec quidem in u-
su antea fuerant. postea autem
lex Zenoniana et nostra rem
coartavit. et si quidem tempore
plus fuerit petitum quid sta-
tui oporteat. Zenonis di-
vae memoriae loquitur
constitutio. Sin autem quanti-

pura i. nuda sine mentione loci ubi erat facienda solutio. ut ff. e. [illegible]

Si qui causa. hanc causam electionem facit iam vocabit. electio. i. unum iam inveniret [illegible]

eripit i. eripere vult. non dicit eripio.

prodita i. data est actio ex stipulatu cum hoc modo proponenda sit. ut hic dicit.

Praeterea. hic est aliud exemplum quo est causa plus petatur.

tollit i. tollere vult.

[illegible]

Sed haec quidem ut plus petere eo cadat actione [illegible] agens.

Zenoniana i. greca quam non habemus. nostra i. greca quam similiter non habemus.

coartavit [illegible] hodie autem

[illegible]

tatem: vel alio modo plus fuerat petitum omne si quid forte damnum ex hoc casu accideret ei in spontaneum esse quem plus petendo fuerat commissa temporis contemptione sicut supra diximus puniatur. Si minus in intentione complexus fuerit actor quam ad eum pertineret, veluti si cum ei x. aurei deberentur quinque sibi dari opportere intenderit. Aut cum totus fundus eius esset partem dimidiam suam esse petierit sine periculo agit. In reliquum enim nihilominus iudex adversarium in eodem iudicio condempnat ex constitutione dive memorie Zenonis. Si quis aliud pro alio intenderit nichil eum periclitari placet. Sed in eodem iudicio cognita veritate errorem suum corrigere ei permittimus. Veluti si qui hominem Stichum petere deberet Erotem petierit, aut si quis ex testamento sibi dari opportere intenderit quod ex stipulatu deberetur. Sunt preterea quedam actiones quibus non solidum quod debetur nobis persequimur, sed modo solidum consequimur, modo minus, ut ecce si in peculium filii servive agamus. Nam si non minus in peculio sit quam persequimur, in solidum pater dominusve condempnatur. Si vero minus inveniatur hactenus condempnat iudex quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat suo ordine proponemus. Item si de dote iudicio mulier agat, placet hactenus maritum condempnari debere quatenus facere possit, id est quatenus facultates eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius in solidum dampnetur. Si minus in tantum quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas in res dotales marito factas retentio ei concessa est, quia ipso iure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus digestorum libris cognoscere licet. Sed et si quis cum parente suo patronove agat. Item si socius cum socio iudicio

[illegible]

precedit quod semper sic accipe detracto tantum quod possit vivere convenienter ut ff. de re iud. l. in condemnatione.

agat societatis non plus actor consequitur quam adversarius eius facere potest. ¶ Idem est si quis ex donatione sua conveniatur. ¶ Compensationes quoque oppositae plerumque efficiunt ut minus quisque consequatur quam ei debebatur; namque ex bono et aequo habita ratione eius quod invicem actorem ex eadem causa praestare oporteret, in reliquum eum cum quo actum est condemnari, sicut iam dictum est. ¶ Eum quoque qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid adquisierit quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id quod facere potest creditores cum eo experiuntur: inhumanum enim erat spoliatum fortunis suis in solidum damnari.

Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicitur

Quia tamen superius mentionem habuimus de actione quae in peculium filiorum familias servorumque agitur, opus est ut de hac actione et de ceteris quae eorundem nomine in parentes dominosve dari solent diligentius admoneamus. Et quia sive cum servis negotium gestum sit sive cum his qui in potestate parentis sunt, haec fere eadem iura servantur, ne verbosa fiat disputatio dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem intellecturi de liberis quoque et parentibus quorum in potestate sunt. Nam si quid in his proprie observatur, separatim ostendemus. ¶ Si igitur iussu domini cum servo negotium gestum erit, in solidum praetor adversus dominum actionem pollicetur, scilicet quia qui ita contrahit fidem domini sequi videtur. Eadem ratione praetor duas alias in solidum actiones pollicetur, quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur. ¶ Exercitoria tunc locum habet cum quis servum suum magistrum navis praeposuit et quid cum eo eius rei gratia cui praepositus erat contractum fuerit. ¶ Ideo autem exercitoria vocatur quia exercitor appellatur is ad quem cottidianus navis quaestus pervenit. ¶ Institoria tunc locum habet cum quis tabernae forte aut cuilibet negotiationi servum praeposuit et quid cum eo eius rei causa

preposituserit. Ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus preponuntur institores vocantur. Istas tamen duas actiones pretor reddit et si liberum quis hominem aut alienum servum navi aut taberne aut cuilibet negotiationi preposuerit, scilicet quia eadem equitatis ratio etiam eo casu interveniebat. Introducit et aliam actionem pretor que tributoria vocatur. Namque si servus in peculiari merce sciente domino negotietur, et quid cum eo eius rei causa contractum erit, ita pretor ius dicit, ut quicquid in his mercibus erit quodque inde receptum erit, id inter dominum si quid ei debebitur et ceteros creditores pro rata portione distribuatur. Et quia ipsi domino distributionem permittit, si quis ex creditoribus queratur quasi minus ei tributum sit quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat que tributoria appellatur. Preterea introducta est actio de peculio deque eo quod in rem domini versum erit, ut, quamvis sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen sive quid in rem eius versum fuerit, id totum prestare debeat, sive quid non sit in rem eius versum, id eatenus prestare debeat quatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intelligitur quicquid necessario in rem eius impenderit servus, veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius solverit aut edificia ruentia fulserit aut familie frumentum emerit vel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem ut puta aureis, quos servus tuus a Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos solverit, reliquos vero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum dampnari debes, pro ceteris vero quinque eatenus quatenus in peculio sit: ex quo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim una est actio qua de peculio deque eo quod in rem domini versum sit agitur, tamen duas habet condempnationes. Itaque iudex apud quem de ea

P

domino scilicet dicit cum enim inspecto iure naturali sunt liberi apparet quod naturaliter possunt obligari et domino suo ut ff. de condic. indeb. l. si id quod. et ff. de pecul. l. nec servus. et de fideiuss. l. debet. quod dicit et id deducitur quod debet his qui sunt in potestate domini ut conservi sui et filius domini et pupilli ut ff. de pecul. l. sed si damp. de peculio. l. sed si damp. de peculio. quod debet domino. § licet. scilicet cui debet puta heres conservus castellanus qui ordinarius dicitur sub se alium quasi vicarium habet. Si ordinarius aliquid debet vicario et vicarius ordinario de peculio ordinarii, non deducitur quod vicario debetur, et est ratio in promptu: quia si deducto pro vicario adhuc remanet peculium ordinarii et sic frustra fieret deductio cum semper maneat ordinarii peculium. huius scilicet ordinarii. pertinet id est quomodo subtilitate dicti obtinet in hoc casu. Sed nunc scilicet quod dicitur est scilicet ordinarii. dubium non est. dicit quod in illo casu praeter quam agitur de peculio quando contractum est cum servo invito vel ignorante domino. unde videtur quod contractu eo voluntate puta iussu suo non possit agere de peculio. sed tamen aliud est et ideo dicit ceterum pro sed. et stultissimus non quod esse stultum si eligat malum cum possit eligere bonum. ut ff. et in aut. quibus modis nat. effi. sui. § i.

actione agitur ante dispicere solet: an in rem domini versum sit, nec aliter ad peculii aestimationem transit quam si aut nihil in rem domini versum intelligatur aut non totum. Cum autem quaeritur quantum in peculio sit, ante deducitur quidquid servus domino quive in potestate eius sit debet, et quod superest solum peculium intelligitur. aliquando tamen id quod ei debet servus qui in potestate domini sit non deducitur ex peculio, veluti si is in huius ipsius peculio sit: quod eo pertinet ut si quid vicario suo servus debeat, id ex peculio eius non deducatur. Ceterum dubium non est quin is quoque qui iussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria competit actio, de peculio de eo quod in rem domini versum est agere possit. Sed erit stultissimus si omissa actione qua facillime solidum ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere servum peculium et tantum habere ut solidum sibi solvi possit. Is quoque cui tributoria actio competit aeque de peculio et de in rem verso agere potest. Sed sane huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio et de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini condicio praecipua non est, id est quod domino debetur non deducitur, sed eiusdem iuris est dominus cuius et ceteri creditores. At in hac actione de peculio ante deducitur quod domino debetur, et in id quod relictum est creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur, at in tributoria eius tantum quod negotiatur. Et potest quisque tertia forte parte peculii aut quarta vel etiam minima negotiari, maiorem autem partem in praediis et mancipiis aut fenebri pecunia habere. Prout quisque ergo expedit, itaque vel hanc actionem vel illam eligere debet: certe qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere. Quae diximus de servo et de domino, eadem intelligimus et de filio et filia et nepote et nepte, patre avove, vel in potestate cuius sunt. Illud proprie servatur in eorum persona.

actione. scilicet de peculio. negotiatur. et quod minus receptum ut ff. de tribut. l. procurator. § per hanc et § i. introductum. eligere. et postquam electio non variabitur. ut ff. de tribut. quod in heredem. § eligere. nisi sit deceptus qui primo elegit. ut ff. quod cum eo qui in aliena potestate. l. sed si ex parte. § si quod dixeris. scilicet a principio vel usque huc. eadem. quae ad actiones supradictas. sed in quibusdam non conveniunt ut in mutua pecunia quod dicit ut C. ad mac. § sed filius potest subire iudicium et arbitrium et tamen obligatus est ex contractu de peculio si servus non. ut ff. de peculio l. iii. § si servus et § id scilicet et de iud. servus. sed filius fideiubere potest et patrem de peculio obligat. ut ff. de peculio. l. iii. § sed si filius. sed servus non. ut ff. de fideiuss. l. i. et per hoc omnia fere. s. e. § i.

patre. et de peculio non tenetur pater ut hic et contra colligitur. C. ne filius pro patre vel prima. et C. ad mac. vel pro.

Is quoque. sicut ff. de tribut. l. aliquando.

Quod senatus consultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari eis qui in potestate parentis essent: et ei qui crediderit denegatur actio tam adversus ipsum filium filiamve nepotem neptemve, sive adhuc in potestate sunt, sive morte parentis vel emancipatione sue potestatis esse ceperint, quam adversus patrem avumve, sive habeat eos adhuc in potestate sive emancipaverit. Que ideo senatus prospexit, quia sepe onerati ere alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuria consumebant, vite parentium insidiabantur. Illud in summa admonendi sumus, id quod iussu patris domini contractum fuerit, quodque in rem eius versum fuerit, directo quoque posse a patre domino vel condici, tamquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque qui vel exercitoria vel institoria actione tenetur, directo posse condici placet, quia huius quoque iussu contractus intelligitur.

De noxalibus actionibus

Ex maleficio servorum, veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam fecerint, noxales actiones prodite sunt: quibus domino damnato permittitur aut litis estimationem sufferre aut hominem noxe dedere. Noxa autem est corpus quod nocuit, id est servus; noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Summa autem ratione permissum est noxe deditione defungi: namque erat iniquum nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse. Dominus noxali iudicio servi sui nomine conventus servum actori noxe dedendo liberatur. Nec minus perpetuum eius dominium a domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est resarcierit quesita pecunia, auxilio pretoris invito domino manumittetur. Sunt autem constitute actiones noxales aut legibus aut edicto pretoris: legibus, veluti furti lege xii tabularum, damni iniurie lege Aquilia; edicto pretoris, veluti iniuriarum et vi bonorum raptorum. Omnis autem noxalis actio caput sequitur. Nam si servus tuus noxiam commiserit, quamdiu in tua potestate sit, tecum est actio: si in alterius

Ipse tenetur. hoc distingue servus aut deliquit ante manumissionem aut post. primo casu si in dominum non tenetur postea servus liber, ut s. de ob. ex delic. § hinc ... [illegible] ... de furt. ... tenetur directo ... [illegible]

... existimavit. ut hic ... de ... apud antiquos. in fi. ... pene. i. fere. ut pene nominalis ... per corpus pene et tunc diptongatur ... [illegible]

potestatem pervenerit, ex illo incipit directa esse. aut si manumissus fuerit, directo ipse tenetur, et extinguitur noxe deditio. Ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxam commiserit, et is servus tuus esse ceperit, quod casibus quibusdam effici primo libro tradidimus, incipit tecum esse noxalis actio, que antea directa fuisset.

Si servus domino noxam commiserit, actio nulla nascitur. Namque inter dominum et eum qui in potestate eius est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque et si in alienam potestatem pervenerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, neque cum eo cuius nunc in potestate sit, agi potest. Unde si alienus servus noxam tibi commiserit, et is postea in tua potestate esse ceperit, intercidit actio, quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque licet exierit de tua potestate, agere non potes. Item si dominus in servum suum aliquid commiserit, nec si manumissus vel alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest.

Sed veteres quidem hec et in filiisfamilias masculis et feminis admiserunt. Nova autem hominum conversatio huiusmodi asperitatem recte respuendam esse existimavit, et ab usu communi hec penitus recessit. Quis enim patitur filium suum, et maxime filiam in noxam alii dare, ut pene per corpus pater magis quam filius periclitetur, cum in filiabus etiam pudicitie favor hoc bene excludit. Et ideo placuit in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas, cum apud veteres legum commentatores invenerimus sepius dictum ipsos filiosfamilias pro suis delictis posse conveniri.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Animalium nomine que ratione carent, si quidem lascivia aut fervore aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege xii tabularum prodita est: que animalia si noxe dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex xii tabularum scripta est: ut puta si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus petierit. Hec autem actio in his que contra naturam moventur locum habet. Ceterum si genitalis sit feritas, cessat actio. Denique si ursus fugit a domino et sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri, quia desinit dominus esse ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine iniuria facientis datum.

[illegible]

[illegible]

Nec enim potest animal iniuria fecisse dici quod sensu caret. Haec quod ad noxalem actionem pertinet. Ceterum sciendum est edilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum, leonem ibi habere qua vulgo iter fit. Et si adversus ea factum erit et nocitum homini libero esse dicetur, quod bonum et equum iudici videtur, tanti dominus condempnetur; ceterarum rerum quanti damnum datum sit dupli. Preter has autem edilicias actiones et de pauperie locum habebit: numquam enim actiones presertim penales de eadem re concurrentes aliam consumunt.

De his per quos agere possumus

Nunc admonendi sumus agere posse quemlibet hominem aut suo nomine aut alieno. Alieno veluti procuratorio, tutorio, curatorio, cum olim in usu fuisset alterius nomine agere non posse nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Preterea lege Hostilia permissum est furti agere eorum nomine qui apud hostes essent aut rei publice causa abessent quive in eorum cuius tutela essent. Et quia hoc non minimam incommoditatem habebat quod alieno nomine neque agere neque excipere actionem licebat, ceperunt homines per procuratores litigare: nam et morbus et etas et necessaria peregrinatio itemque alie multe cause sepe impedimento sunt quominus rem suam ipsi exequi possint. Procurator neque certis verbis neque presente adversario, immo et plerumque ignorante eo constituitur: cuicumque enim permiseris rem tuam agere aut defendere, is procurator intellegitur. Tutores et curatores quemadmodum constituuntur primo libro expositum est.

De satisdationibus

Satisdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, ut si victus esset nec rem ipsam restitueret nec litis estimationem, potestas esset petitori aut cum eo agendi aut cum fideiussoribus eius. Que satisdatio appellatur iudicatum solvi: unde autem sic appellatur facile est intellegere. Namque stipulabatur quis ut solveretur sibi quod fuerit iudicatum. Multo magis is qui in rem actione conveniebatur satisdare cogebatur si alieno nomine iudicium accipiebat. Ipse autem qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator vero si in rem agebat, satisdare iubebatur ratam rem dominum habiturum: periculum enim erat ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores vero et curatores eodem modo quo et procuratores satisdare

[illegible]

... possessor nomine convenitur. Agendi. Intellegere. cum nomen sit consequens rei ut ff. de dona. ...

Periculum. facit ff. de iudi. l. nam postea. argumentum.

[illegible]

debebat verba edicti faciebant. Sed aliquibus huiusmodi agentibus satisdatio remittebatur, si in rem agebatur. Sin vero in personam, ab actoris quidem parte eadem optinebant quae diximus in actione qua in rem agitur. Ab eius vero parte cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliquis interveniret, omnimodo satisdaret, quia nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam, iudicatum solvi satisdare non cogebatur. Sed hodie aliter observantur. Sive enim quis in rem actione convenitur sive in personam suo nomine, nullam satisdationem pro litis aestimatione dare compellitur, sed pro sua tantum persona quod iudicio permaneat usque ad terminum litis, vel committitur suae promissioni cum iureiurando, quam iuratoriam cautionem vocant, vel nudam promissionem vel satisdationem pro qualitate personae suae dare compellitur. Sin autem per procuratorem lis vel infertur vel suscipitur, in actoris quidem persona, si non mandatum actis insinuatum est vel praesens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmaverit, ratam rem dominum habiturum satisdationem procurator dare compellitur. Eodem observando et si tutor vel curator vel aliae tales personae quae alienarum rerum gubernationem receperunt litem quibusdam per alium inferunt.

Si vero aliquis convenitur, siquidem praesens procuratorem dare paratus est, potest vel ipse in iudicium venire et sui procuratoris personam per iudicatum solvi satisdationis sollemnes stipulationes firmare, vel extra iudicium satisdationem exponere per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus iudicatum solvi satisdationis clausulis. Ubi et de hypotheca suarum rerum convenire compellitur, sive in iudicio promiserit sive extra iudicium caverit, ut tam ipse quam heredes sui obligentur: alia insuper cautela vel satisdatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiae recitandae in iudicio inveniatur, vel si non venerit, omnia dabit fideiussor quae in condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum. Si vero reus praesto ex quacumque causa non fuerit et alius velit defensionem eius subire, nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere, ita tamen ut satisdationem iudicatum solvi pro litis praestet aestimatione. Nemo enim secundum veterem regulam, ut iam dictum est, alienae rei sine satisdatione defensor idoneus intellegitur. Quae omnia apertius et perfectissime a cottidiano iudiciorum usu in ipsis rerum argumentis apparent. Quam formam non solum in hac regia urbe, sed etiam in omnibus nostris provinciis, etsi propter imperitiam aliter forte celebrabantur, optinere censemus, cum necesse est omnes provincias caput omnium nostrarum ci-

[illegible]

[illegible]

ciuitatum, id est hanc regiam urbem
eiusque obseruantiam sequi.

De perpetuis et temporalibus actionibus et quae ad heredes transeunt.

Hoc loco admonendi sumus eas
quidem actiones quae
ex lege senatusue
consulto siue ex sacris
constitutionibus proficiscuntur
perpetuo solere antiquitus competere donec
sacrae constitutiones tam in rem quam in
personam actionibus certos fines dederunt.
Eas uero quae ex propria praetoris
iurisdictione pendent plerumque intra
annum uiuere. Nam et ipsius praetoris
intra annum erat imperium. Aliquando tamen
et in perpetuum extenduntur, id est usque ad
finem constitutionibus introductum, quales
sunt hae quas bonorum possessori
ceterisque qui heredis loco sunt accommodat.
Furti quoque manifesti actio, quamuis ex
ipsius praetoris iurisdictione proficiscatur,
tamen perpetuo datur: absurdum enim
esse existimauit anno eam terminari.
Non omnes autem actiones quae in aliquem aut
ipso iure competunt aut a praetore
dantur et in heredem aeque competunt aut dari
solent. Est enim certissima iuris
regula ex maleficiis poenales ac-
tiones in heredem non competere, ue-
luti furti, ui bonorum raptorum,
iniuriarum, damni iniuriae. Sed
heredibus huiusmodi actiones competunt nec de-
negantur, excepta iniuriarum actione
et si qua alia similis inueniatur. Ali-
quando tamen etiam ex contractu actio contra heredem
non competit, cum testator dolose uersatus
sit et ad heredem eius nihil ex eo
dolo peruenit. Poenales autem
actiones quas supra diximus, si ab ipsis
principalibus personis fuerint contesta-
tae, et heredibus dantur et contra heredes tran-
seunt. Superest ut admoneamus
quod si ante rem iudicatam is cum quo
actum est satisfaciat actori, of-
ficio iudicis conuenit eum absoluere,
licet iudicii accipiendi tempore in ea
causa fuisset ut damnari debeat.
Et hoc est quod ante uulgo dicebatur omnia
iudicia absolutoria esse.

De exceptionibus.

Sequitur ut de exceptioni-
bus dispiciamus. Comparatae sunt excep-
tiones defendendorum eorum gratia cum quibus
agitur. Saepe enim accidit ut, licet
ipsa persecutio qua actor experitur iusta
sit, tamen iniqua sit aduersus eum cum quo
agitur. Verbi gratia si metu coactus
aut dolo inductus uel errore lapsus
stipulanti Titio promisisti quod non
debueras promittere, palam est iure
ciuili te obligatum esse, et actio
qua intenditur dare te oportere effi-
cax est. Sed iniquum est te condem-
nari. Ideo datur tibi exceptio metus
causa aut doli mali aut in factum compo-
sita ad impugnandam actionem.
Idem iuris est si quis quasi credendi
causa pecuniam stipulatus fuerit, neque
numerauerit. Nam eam pecuniam a
te petere eum posse certum est: dare
enim te oportet, cum ex stipula-
tione tenearis. Sed quia iniquum est
eo nomine te condemnari, placet

[illegible]

pecuniae exceptione non numeratae defendi debet, cuius tempora nos secundum quod iam superioribus libris scriptum est constitutione nostra coartavimus.

Praeterea debitor si pactus fuerit cum creditore ne a se peteretur, nihilominus obligatus manet, quia pacto convento obligationes non omnimodo dissolvuntur: qua de causa efficax est adversus eum actio qua actor intendit si paret eum dare oportere. Sed quia iniquum est contra pactionem eum damnari, defenditur per exceptionem pacti conventi.

Aeque si debitor deferente creditore iuraverit nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet. Sed quia iniquum est de periurio quaeri, defenditur per exceptionem iurisiurandi.

In his quoque actionibus quibus in rem agitur aeque necessariae sunt exceptiones: veluti si petitore deferente possessor iuraverit eam rem suam esse, et nihilominus eandem rem petitor vindicet: licet enim verum sit quod intendit, id est rem eius esse, iniquum tamen est possessorem condemnari.

Item si iudicio tecum actum fuerit sive in rem sive in personam, nihilominus obligatio durat, et ideo ipso iure postea de eadem re adversus te agi potest: sed debes per exceptionem rei iudicatae adiuvari.

Haec exempli causa rettulisse sufficiet. Alioquin quam ex multis variisque causis exceptiones necessariae sint, ex latioribus digestorum seu pandectarum libris intellegi potest.

Quarum quaedam ex legibus vel ex his quae legis vicem optinent, vel ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

Appellantur autem exceptiones aliae perpetuae et peremptoriae, aliae temporales et dilatoriae.

Perpetuae et peremptoriae sunt quae semper agentibus obstant et semper rem de qua agitur perimunt: qualis est exceptio doli mali et quod metus causa factum est et pacti conventi cum ita convenerit ne omnino pecunia peteretur.

Temporales atque dilatoriae sunt quae ad tempus nocent et temporis dilationem tribuunt: qualis est exceptio pacti conventi cum convenerit ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium. Nam finito eo tempore non impeditur actor rem exsequi. Ergo hi quibus intra tempus agere volentibus obicitur exceptio aut pacti conventi aut alia similis, differre debent actionem et post tempus agere: ideo et dilatoriae istae exceptiones appellantur. Alioquin si intra tempus egerint obiectaque sit exceptio, neque eo iudicio quicquam consequerentur propter exceptionem, nec post tempus olim agere poterant, cum temere rem in iudicium deducebant et consumebant, qua ratione rem amittebant.

Hodie autem non ita stricte haec procedere volumus, sed eum qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre ausus est, Zenonianae constitutioni subiacere censemus, quam sacratissimus legislator de his qui tempore plus petierunt protulit, ut et indutias quas ipse

Naturam q. dic ut diximus p. ff. de u. ob. Continuum. Contempserat. C. ad l. iul. re. l. i. ff. de penis l. capitalium § pe. et C. de inof. te. l. si quis in suo. In duplum. ut q. inutilem petitionem patiatur ut ff. de pet. her. q. in die [illegible] ... ut eod. tit. q. petiit agere tamen heres quo erat ... [illegible]

actor sponte indulserat vel natura actionis continebat, contempserat, in duplum habeant hi qui talem iniuriam passi sunt, et post eas inducias finitas non aliter litem suscipiant nisi omnes expensas litis antea acceperint, ut actores tali pena perterriti tempora litium doceantur observare. Preterea etiam ex persona dilatorie sunt exceptiones, quales sunt procuratorie, veluti si per militem aut mulierem agere quis velit. Nam militibus nec pro patre vel matre vel uxore nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri conceditur. Suis vero negotiis superesse sine offensa discipline possunt. Eas vero exceptiones que olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipsius procuratoris opponebantur, cum in iudiciis frequentari nullo perspeximus modo, conquiescere sancimus, ne dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

De replicationibus.

Interdum evenit ut exceptio que prima facie iusta videatur inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est adiuvandi actoris gratia, que replicatio vocatur, quia per eam replicatur atque resolvitur vis exceptionis. Veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est ut petere creditori liceat. Si agat creditor et excipiat debitor ut ita demum condempnetur si non convenerit ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio: convenit enim ita. Namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sunt. Sed quia iniquum est creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriori pacto. Rursus interdum evenit ut replicatio que prima facie iusta sit inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est adiuvandi rei gratia, que duplicatio vocatur. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam inique actori noceat, rursus allegatione alia opus est qua actor adiuvetur, que dicitur triplicatio. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius quam diximus varietas negotiorum introducit, quas omnes apertius ex latiori digestorum volumine facile est cognoscere. Exceptiones autem quibus debitor defenditur plerumque accommodari solent etiam fideiussoribus eius, et recte, quia quod ab his petitur, id ab ipso debitore peti videtur, quia mandati iudicio redditurus est eis quod hi pro eo solverint. Qua ratione et si de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuit, placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque qui pro eo obligati sunt, ac si et cum ipsis pactus esset ne ab eis pecunia peteretur. Sane quedam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim si debitor bonis suis cesserit et cum eo creditor experitur, defenditur per exceptionem si bonis cesserit. Sed hec exceptio fideiussoribus non datur, scilicet ideo quia qui alios pro debitore obli-

Digestorum. ut ff. de excep. l. ii. Exceptiones. hic continuatur rubrica in fine superioris ... [illegible] ... ad exceptionem quam ad replicationem pertinent. ii. § Fideiussoribus. expressione fideiussoris omnes accessorii cause accipe, sive sit mandator sive fideiussor sive alius ex eo dictus qui pro alio fidem suam astrinxit ... [illegible]

De replicationibus. Post exceptionem elidatur ... consequenter de replicatione dicit ... in pr. et ff. de excep. l. ii. § replicationis.

[illegible gloss]

...agat. Sed maxime proponitur ut si facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab his quos pro eo obligavit, suum consequi.

De interdictis.

Sequitur ut dispiciamus de interdictis seu de actionibus quae pro his exercentur. Erant autem interdicta formae atque conceptiones verborum, quibus praetor aut iubebat aliquid fieri aut fieri prohibebat. Quod tunc maxime faciebat, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebatur.

Summa autem divisio interdictorum haec est, quod aut prohibitoria sunt aut restitutoria aut exhibitoria. Prohibitoria sunt quibus vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti, vel mortuum inferenti quo loco ei ius erat inferendi, vel in loco sacro edificari, vel in flumine publico ripave eius aliquid fieri quo peius navigetur. Restitutoria sunt quibus restitui aliquid iubet, veluti cum possessori bonorum possessionem eorum quae quis pro herede aut pro possessore possidet ex ea hereditate, aut cum iubet ei qui vi possessione fundi deiectus sit restitui possessionem. Exhibitoria sunt per quae iubet exhiberi, veluti eum cuius de libertate agitur, aut libertum cui patronus operas indicere velit, aut cum parenti liberos qui in potestate eius sunt. Sunt tamen qui putant proprie interdicta ea vocari quae prohibitoria sunt, quia interdicere est denuntiare et prohibere. Restitutoria autem et exhibitoria proprie decreta vocari.

Sed tamen omnia optinuit interdicta appellari, quia inter duos dicuntur. Sequens divisio interdictorum haec est, quod quaedam adipiscendae possessionis causa comparata sunt, quaedam retinendae, quaedam reciperandae. Adipiscendae possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur Quorum bonorum, eiusque vis et potestas haec est, ut quod ex his bonis quisque quorum possessio alicui data est, restituere debeat pro herede aut pro possessore possideat, id ei cui bonorum possessio data est, restituere debeat. Pro herede autem possidere videtur qui putat se heredem esse; pro possessore is possidet qui nullo iure rem hereditariam vel etiam totam hereditatem sciens ad se non pertinere possidet. Ideo autem adipiscendae possessionis vocatur interdictum, quia ei tantum utile est qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem: itaque si quis adeptus possessionem amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est. Interdictum quoque quod appellatur Salvianum adipiscendae possessionis causa comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. Retinendae possessionis causa comparata sunt interdicta uti possidetis et utrubi, cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controversia sit, et ante quaeritur uter ex litigatoribus possidere et uter petere debeat. Namque nisi ante exploratum fuerit utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui, quia et civilis et naturalis ratio facit ut alius possideat, alius a possidente petat. Et quia longe commodius est possidere potius quam petere, ideo plerumque et fere semper ingens existit...

[illegible gloss]

[illegible]

[illegible]

retinende de ipsa possessione. Commodum possidendi in eo est quod et si eius res non sit qui possidet, si modo actor non poterit suam esse probare, remanet suo loco possessio; propter quam causam cum obscura sunt iura utriusque contra petitorem iudicare solent.

Sed interdicto quidem uti possidetis de fundi vel edium possessione contenditur, utrubi vero interdicto de rerum mobilium possessione. Quorum vis et potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam uti possidetis interdicto is vincebat qui interdicti tempore possidebat, si modo nec vi nec clam nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem, et si alium vi expulerat aut clam arripuerat alienam possessionem aut precario rogaverat aliquem ut sibi possidere liceret. Utrubi vero interdicto is vincebat qui maiore parte eius anni nec vi nec clam nec precario ab adversario possidebat. Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas quantum ad possessionem pertinet exequata est, ut ille vincat et in rem soli et in rem mobilem qui possessionem nec vi nec clam nec precario ab adversario litis contestationis tempore detinet.

Possidere autem videtur quisque non solum si ipse possideat, sed et si eius nomine aliquis in possessione sit, licet is eius iuri subiectus non sit, qualis est colonus et inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis aut quibus commodaverit ipse possidere videtur. Et hoc est quod dicitur retinere possessionem posse aliquem per quemlibet qui eius nomine sit in possessione. Quin et solo animo quoque retinere possessionem placet, id est ut quamvis neque ipse sit in possessione neque eius nomine alius, tamen si non relinquende possessionis animo, sed postea reversurus inde decesserit, retinere possessionem videtur. Adipisci vero possessionem per quos aliquis potest secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est quin solo animo possessionem adipisci nemo potest.

Recuperande possessionis causa solet interdici. Si quis ex possessione fundi vel edium vi deiectus fuerit, nam ei proponitur interdictum unde vi, per quod is qui deiecit cogitur restituere possessionem, licet is ab eo qui deiecit vi vel clam vel precario possideat. Sed ex sacris constitutionibus, ut supra diximus, si quis rem per vim occupaverit, si quidem in bonis eius est, dominio eius privatur. Si aliena, post eius restitutionem et estimationem rei dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim deiecerit tenetur lege Iulia de vi privata aut de vi publica. Sed de vi privata si sine armis vim fecerit; sin autem cum armis eum a possessione vi expulerit, de vi publica. Armorum autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intelligimus, sed et fustes et lapides.

Tertia divisio interdictorum hec est quod aut simplicia sunt aut

duplicia. Simplicia sunt ue-
luti in quibus alter actor alter
reus est. qualia sunt omnia restitu-
toria aut exhibitoria. nam-que
actor est qui desiderat aut
exhiberi aut restitui. reus
is a quo desideratur ut restitu-
at aut exhibeat. Prohibitori-
orum autem interdictorum alia simplicia
sunt alia duplicia. Simplicia
sunt ueluti cum prohibet pretor in
loco sacro. uel in flumine pu-
blico ripaue eius aliquid fieri. nam
actor est qui desiderat ne quid
fiat. reus qui aliquid facere conatur.
Duplicia sunt ueluti uti pos-
sidetis interdictum et utrubi. ideo
autem duplicia uocantur. quia par
utriusque litigatoris in his con-
dicio est. nec quisquam precipue re-
us uel actor intellegitur. sed unusquisque
tam rei quam actoris partes sus-
tinet. De ordine et ueteri exitu
interdictorum superuacuum est hodie
dicere. nam quotiens extra ordinem
ius dicitur. qualia sunt hodie omnia
iudicia. non est necesse reddi inter-
dictum. sed perinde iudicatur sine inter-
dictis. atque si utilis actio ex causa
interdicti reddita fuisset.

De pena temere litigantium.

Nunc admonendi
sumus magnam
curam egisse eos qui
iura sustinebant. ne facile
homines ad litigandum procederent.
quod et nobis studio est. Idque eo maxime
fieri potest. quod temeritas tam agen-
tium quam eorum cum quibus ageretur
modo pecuniaria. modo iurisiurandi re-
ligione. modo metu infamie coher-
cetur. Ecce enim iusiurandum omnibus
qui conueniuntur ex nostra constitutione
defertur. nam reus non aliter suis u-
titur allegationibus. nisi prius iurauerit
quod putans se bona instantia uti
ad contradicendum peruenit. at aduersus infici-
antes ex quibusdam causis actio du-
pli uel tripli constituitur. ueluti si
damni iniurie aut legatorum lo-
cis uenerabilibus relictorum nomine agatur.
Statim autem ab initio pluris quam sim-
pli est actio. ueluti furti manifesti
quadrupli. nec manifesti dupli. nam
ex causis his et aliis quibusdam. siue
quis neget siue fateatur pluris
quam simpli est actio. Item actoris
quoque calumnia coercetur. nam et ac-
tor pro calumnia iurare cogitur
ex nostra constitutione. utriusque etiam aduo-
cati iusiurandum subeunt. quod alia
nostra constitutione comprehensum est. Hec autem
omnia pro ueteris calumnie actione
introducta sunt. que in desuetudinem
abiit. quia in partem decimam litis acto-
res multabat. quod nusquam factum esse inue-
nimus. sed pro his introductum est et
prefatum iusiurandum et ut improbus
litigator et damnum et impensas litis

Nunc admonendi. et cetera sustinebant. scilicet magistratus qui iura red-
dunt. ut ff. de orig. iur. l. ii. § post originem et cetera.

in expensis. ut ff. de iud. eum qui. et ff. de fruc. ... C. de iud. l. properandum. § sin autem. Indistincte dicit ... expensis. sed est intelligendum cum iam tota decima ... agunt. ut in aut. de iud. § ...

damnati. suo nomine non si procuravit ut ff. de his qui no. infa. l. furti § si quis. et hoc si a iudice ordinario vel delegato sit condempnatus, secus si ab arbitro compromissario ut ff. de his qui no. infa. l. quid ergo § ex compromisso. Directis. et ob id tutor conventus a pupillo dampnatus infamatur. idem in aliis directis. secus si cum tutor pupillum faciat condempnari ut ff. de his qui no. infa. l. i. et no. quod in causa [illegible] infamat ut ff. de his qui no. infa. furti § mandati. et no. quod ubi hic ponit exempla de maleficiis et ius de contractibus. [illegible] et in pri. s. pro socio [illegible] iussu pretoris ut ff. de infa. no. l. in actionibus. et l. furti § pactus debitor ut ff. de infa. furti § si. Qua pretor edicit. i. edictum proponit de in ius vo. ut ff. de in ius vo. l. iii § pretor [illegible] totum t. Decurius sit. ar. ff. de in ius vo. l. i. quinquaginta. al. [illegible] castigatur si inopia penam solvere non possit ut ff. de in ius vo. l. [illegible] et intellige [illegible] [illegible]

inferre adversario suo cogatur. Ex quibusdam iudiciis damnati ignominiosi fiunt, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, sed et tutele, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus; item pro socio, que ab utraque parte directa est, et ob id quilibet ex sociis eo iudicio damnatus ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum aut iniuriarum aut de dolo non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti; et recte. Plurimum enim interest utrum ex delicto aliquis an ex contractu debitor sit. Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur qua praetor edicit de in ius vocando. utique enim in primis adversarius in ius vocandus est, id est ad eum vocandus est qui ius dicturus est. Qua parte praetor parentibus et patronis, item liberis parentibusque patronorum et patronarum hunc praestat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisque eos in ius vocare quam si id ab ipso praetore postulaverint et impetraverint; et si quis aliter vocaverit, in eum poenam solidorum quinquaginta constituit.

De officio iudicis.

Superest ut de officio iudicis dispiciamus. Et quidem in primis illud observare debet iudex, ne aliter iudicet quam legibus aut constitutionibus aut moribus proditum est. Ideo si noxali iudicio addictus est, observare debet ut, si condempnandus videtur dominus, ita debeat condempnare: Publium Maevium Lucio Titio decem aureis condempno aut noxam dedere. Et si in rem actum sit, sive contra petitorem iudicavit, absolvere debet possessorem, sive contra possessorem, iubere eum debet ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si in praesenti neget se possessor restituere posse et sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei, ut tamen de litis aestimatione caveat cum fideiussore, si intra tempus quod ei datum est non restituisset. Et si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quae diximus intervenire in singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum quos culpa sua possessor non perceperit, in utraque actione eadem ratio paene habetur, si praedo fuerit. Si vero bona fide possessor fuerit, non habetur ratio consumptorum neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem etiam illorum ratio habetur qui culpa possessoris percepti non sunt vel percepti consumpti sunt.

Constitutionibus. s. imperatorum. Aut moribus. i. consuetudine que pro lege servatur. unde dicitur naturali. et si [illegible] Quid si unum horum alteri contradicat. respondeo. constitutio. i. antiqua prejudicat. ut ff. de leg. et senatus. consul. non est novum. et consuetudo prejudicat utrique. sed sic generaliter ut ff. de leg. [illegible] de quibus in fi. sed sic specialiter in illo loco. s. tamen prejudicat utrique. ut ff. [illegible] venditor § si constat. Addictus est. s. iudex. Noxe. s. primum [illegible] damni estimatio tamen est in condempnatione. ut ff. de re iud. l. [illegible] [illegible] Possessorem. [illegible] Cum fructibus. s. de quibus fructibus [illegible] numquid de naturalibus [illegible] [illegible]

[illegible]

usucapta. sed quid si interrupta usucapione facta in actione ad exhibendum [illegible] ... ut C. de an. excep. l. si. [illegible] lex illa [illegible] generaliter intelligi [illegible] ... quid si [illegible] res mobilis et [illegible] in quibus non interrumpitur [illegible]

consumpsit. ut ff. fam. [illegible] ... dividi non possit [illegible] ... fundus qui dividi [illegible] ... ut ff. de [illegible] in rerum natura [illegible] aliud individuum ut homo [illegible]

sumpti sunt. ¶ Si ad exhibendum actum fuerit: non sufficit si exhibeat rem is cum quo actum est: sed opus est ut etiam causam rei debeat exhibere ut eam causam habeat actor quam habiturus esset si cum primum ad exhibendum egisset exhibita res fuisset. Ideoque si inter moras usucapta sit res a possessore nichilominus condempnabitur. ¶ Praeterea fructuum medii temporis, id est eius quod post acceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatam intercessit, rationem habere debet iudex. ¶ Sed si neget reus eum quo ad exhibendum actum est in praesentia exhibere se posse et tempus exhibendi causa petat idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet ut tamen caveat se restituturum. ¶ Sed si non statim iussu iudicis rem exhibeat nec postea exhibiturum se caveat, condempnandus sit in id quod actoris intererat si ab initio res exhibita fuisset. ¶ Si familiae herciscundae iudicio actum sit: singulas res singulis heredibus adiudicare debet. ¶ Et si in alterius praegravare videatur adiudicatio, debet hunc invicem coheredi suo certa pecunia sicut iam dictum est condempnare. ¶ Eo quoque nomine coheredi suo quisque condempnandus est quod solus fructus

hereditarii fundi percepit aut rem hereditariam corrupit aut consumpsit. Quae quidem similiter inter plures quoque quam duos coheredes subsecuntur eadem inveniuntur. Et si communi dividundo de pluribus rebus actum fuerit, quod si de una re, veluti fundo, siquidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet, et si unius pars praegravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condempnandus est. ¶ Quod si commode dividi non possit, veluti homo forte aut mulus de quo actum sit, tunc totus uni adiudicandus est, et is invicem alteri certa pecunia condempnandus est. ¶ Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet iudex an necessaria sit adiudicatio. Quae sane uno casu necessaria est, et si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. ¶ Quo casu conveniens est ut is alteri certa pecunia debeat condempnari. ¶ Eo quoque nomine condempnandus est quisque hoc iudicio quod forte circa fines malitiose aliquid commisit, verbi gratia quia lapides finales furatus est aut arbores finales cecidit. ¶ Contumaciae quoque nomine quisque eo iudicio condempnatur, veluti si quis iubente

usuc. [illegible] finium reg. quo iudicio agitur [illegible] fundi [illegible] ... ut ff. [illegible] ... adiudicatio [illegible]

caveat [illegible] ... condempnandus [illegible] ... in lite iurando [illegible] ... ut ff. de [illegible]

condempnari [illegible] ... in lite iurando [illegible]

[illegible]

[illegible]

iudice metiri agros passus fuerit. Quod autem istis iudiciis alicui adiudicatum sit, id statim eius fiet cui adiudicatum est.

De publicis iudiciis

Publica iudicia neque per actiones ordinantur, nec omnino quicquam simile habent ceteris iudiciis de quibus locuti sumus, magnaque diversitas eorum est et in instituendis et in exercendis. Publica autem sunt dicta, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur.

Publicorum autem iudiciorum quedam sunt capitalia, quedam non capitalia. Capitalia dicimus que ultimo supplicio afficiunt vel aque et ignis interdictione vel deportatione vel metallo. Cetera si que infamiam irrogant cum damno pecuniario, hec publica quidem sunt, non tamen capitalia.

Publica autem iudicia sunt hec. Lex Iulia maiestatis, que in eos qui contra imperatorem vel rem publicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Cuius pena anime amissionem sustinet, et memoria rei et post mortem damnatur. Item lex Iulia de adulteriis coercendis, que non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos qui cum masculis infandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viventem stupraverit. Penam autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidie bonorum, si humiles, corporis coercitionem cum relegatione.

Item lex Cornelia de sicariis, que homicidas ~~in ultore~~ ferro ultore persequitur vel eos qui homines occidendi causa cum telo ambulant. Telum autem, ut Gaius noster interpretatione legis xii tabularum scriptum reliquit, vulgo quidem id appellatur quod ab arcu mittitur, sed et omne significatur quod manu cuiusdam mittitur. Sequitur ergo ut lapis et lignum et ferrum hoc nomine contineatur. Dictum quod ab eo quod in longinquum mittitur, a greca voce figuratum [illegible] et hanc significationem invenire possumus et in greco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi belos appellant. Sicarii autem appellantur a sica, eo quod significat ferreum cultrum. Eadem lege et venefici capite damnantur, qui artibus odiosis tam venenis quam susurris magicis homines occiderunt vel mala medicamenta publice vendiderunt. Alia deinde lex asperrimum crimen nova pena persequitur, que pompeia de

[illegible]

parentis. accipe parentes et filios usque in infinitum. ut ff. de in ius voc. l. quique. § f. et l. sed si hac. § liberos. Aut affinitatis vel affinitatis et vel affectionis. continetur. sed quis sint qui hac appellatione continentur. Sunt superiores et inferiores ut dixi. Item collaterales ut fratres et consobrini et patrueles et primiores eis. Item affines quidem ut uxor nurus gener vitricus privignus et socer et socrus et patronus. ut ff. e. l. i. et l. sed sciendum. Et cum pater properavit forte et si non occidit [illegible]

p. et fab. p. eo ff. e. l. v. in fi. ut dic illum specialem tantum. extraneus. non est necesse plus puniri quam si ipse occidisset. ut ff. e. l. utrum. Et si sciente. l. tamen. vel si hi ... [illegible] ... Siquis autem ... Sunt qui superiores personas occiderint hac. l. tenentur ... capitali. sed ma-iori ... [illegible]

parricidii vocatur. que cavetur
ut si quis parentis aut filii aut
omnino affectionis eius que nunc-
upatione parricidii continetur
fata properaverit. sive clam sive pa-
lam id ausus fuerit. nec non is cuius
dolo malo id factum est. quamvis
extraneus existat. hic pe-
na parricidii continetur. et neque gla-
dio neque ignibus neque ulla alia
pena sollempni subiacet. sed
insutus culleo cum cane et gal-
lo gallinaceo et vipera et simia
et inter eas ferales angustias
comprehensus. secundum quod regionis qua-
litatis tulerit. vel in vicinum ma-
re vel in amnem proiciatur. ut
omnium elementorum usu vivus
carere incipiat et ei celum
superstiti terra mortuo auferatur.
Si quis autem alias cognatione
vel affinitate personas coniunctas ne-
caverit. penam legis cornelie
de sicariis sustinebit. Item lex cor-
nelia de falsis que et testamentaria
vocatur penam irrogat ei qui
testamentum vel aliud instrumentum falsum
scripserit. signaverit. recitaverit.
subiecerit. quive signum adulterinum
fecerit. sculpserit. expresserit
sciens dolo malo. eiusque legis pena
in servis ultimum supplicium est.
quod in lege de sicariis et vene-
ficis servatur. in liberis vero deporta-
tio. Item lex iulia de vi publica seu
privata adversus eos exoritur qui vim
vel armatam vel sine armis com-
miserint. Sed si quidem armata vis
arguatur. deportatio ei ex lege iu-
lia de vi publica irrogatur. Si vero
sine armis in tertiam partem bonorum pu-
blicatio imponitur. Sin autem per vim rap-
tus virginis vel vidue vel sanctimo-
nialis vel alie fuerit perpetratus tunc
et peccatores et hi qui opem huic
flagitio dederint capite puni-
untur secundum nostre constitutionis diffinitionem
per quam hoc apertius possibile est scire.
Item lex iulia peculatus eos punit
qui pecuniam vel rem publicam vel sacram vel religi-
osam furati fuerint. Sed si quidem
ipsi iudices tempore administrationis
publicas pecunias subtraxerunt capitali ani-
madversione puniuntur. et non solum hi
sed et qui ministerium eis ad hoc adhibu-
erunt vel qui subtracta ab his scientes
susceperint. Alii vero qui in
hanc legem inciderint pene depor-
tationis subiugentur. Est et inter
publica iudicia lex fabia de plagi-
ariis que interdum capitis penam
ex sacris constitutionibus irrogat. interdum
leviorem. Sunt preterea publica iudi-
cia lex iulia de ambitu et lex iulia repe-
tundarum et lex iulia de annona et
lex iulia de residuis que de certis

deportatio. i. omnium bonorum publicatio. et sic non quod ex eodem delicto plus sit quam liberi puniuntur. ut ff. ad l. cor. de sic. l. i. § pre. Et ... ex nos. ... ad l. ... ff. de pen. l. in servorum. immo et inter liberos magis puniuntur inferiores quam meliores. ut ff. de incen. rui. nau. l. pen. Item lex. etiam. non ex meliore parte delicti maiorem penam imponit. ut ... ad l. iul. de vi. l. i. ... Sed quid autem si ... [illegible] ... Si autem ... unde ... ut ... eadem l. tunc qui ... vel armata cum ... ut § pre. constitutionis ... de rap. virg. l. una. ... civitatis romane non alterius. ut ff. de ... [illegible]

Lex testamentaria ... [illegible] ... instrumentum ... [illegible]

aut de fidei instrumenti ... signum i. sigillum ... in testamentis apponit ... [illegible] ... ut ff. de penis l. ultimum.

... [illegible] ... ut ff. de penis ... [illegible] ... de annona ... lex iul. ... de residuis ... [illegible]

Sed hec l. tenet si quis civium in fuga ... [illegible] ... de ambitu ... [illegible] ... repetundarum ... [illegible] ... ut ff. de peni. l. ... [illegible]

alius subiciunt f. leges. precepta eorum f. legum. nam ignotis talis qui debent ... non ... indicato lex non valere ... l. non dubium. ff. in ... libus varie ... quarum quedam sunt ordinarie f. que ... aliquam ... penam aliqua lege inductam ... per nuntias rubrica ff. de pup. ind. et in sequentibus. alie sunt extraordinarie ut ff. ad turpill. l. in privatis. et ff. de extraord. cr. et in sequentibus ti. usque ad ti. de pup. ind. digito. f. longiori digito cum quo ... potest alter tangere qui dicitur medius. per indicem. i. pollicem digitum qui dicitur index. vel dic melius quod hoc dicit sunt ut sit index ... alios dicendo sicut ... gallina ... ut sit index ad ... in hoc ... adventura. ut ff. de pup. ind. usque ad ti. de appellationibus. ac.

capitulis loquuntur et a nomine eius admissione non irrogant. alius alii subiciunt penitus eos quos precepta eorum singulariter. Sed de publicis iudiciis hec exposuimus ut vobis possibile sit summo digito (vel longiori) tantum per indicem ea tetigisse. alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus digestorum seu pandectarum libris deo propitio adventura.

E. S. T. [illegible]

Finit amen.

Actum [illegible]

De iustitia et iure. 1
De iure nat[urali]. 2
De iure scripto. 3
De iure pr... 4
De ingenuis. 5
De libertinis. 6
Qui ex causa manu. li. 7
De lege Fusia ca. 8
De his qui sui vel alieni iuris sunt. 9
De patria potestate. x
De iustis nuptiis. xi
De adoptionibus. xii
Quibus modis ius pa. po. s. xiii
De tutelis. xiiii
Qui tutores testamento dari possunt. xv
De legitima agnatorum tutela. xvi
De capitis diminutione. xvii
De legitima patronorum tutela. xviii
De legitima parentum tutela. xix
De fiduciaria tutela. xx
De Atiliano tutore. xxi
De auctoritate tutorum. xxii
Quibus modis tutela finitur. xxiii
De curatoribus. xxiiii
De satisdatione tutorum. xxv
De excusatione tutorum. xxvi
De suspectis tutoribus. xxvii

Hic incipit [illegible]

De rerum divisione. 1
De rebus incorporalibus. 2
De servitutibus rusticorum prediorum. 3
De usufructu. 4
De usu et habitatione. 5
De usucapionibus et l. t. p. 6
De donationibus. 7
Quibus alienare licet vel non. 8
Per quas personas nobis adquiritur. 9
De testamentis ordinandis. x
De testamento militari. xi
Quibus non est permissum facere testamentum. xii
De exheredatione liberorum. xiii
De heredibus instituendis. xiiii
De vulgari substitutione. xv
De pupillari substitutione. xvi
Quibus modis testamenta infirmantur. xvii
De inofficioso testamento. xviii
De heredum qualitate et differentia. xix
De legatis. xx
De ademptione legatorum. xxi
De lege Falcidia. xxii
De fideicommissariis hereditatibus. xxiii
De singulis rebus per fideicommissum relictis. xxiiii
De codicillis. xxv

De hereditatibus que ab intestato deferuntur. 1
De legitima agnatorum successione. 2
De senatusconsulto Tertulliano. 3
De senatusconsulto Orfitiano. 4
De successione cognatorum. 5
De gradibus cognationum. 6
De successione libertorum. 7
De assignatione libertorum. 8
De bonorum possessionibus. 9
De adquisitione per arrogationem. x
De eo cui libertatis causa bona addicuntur. xi
De successionibus sublatis. xii
De obligationibus. xiii
Quibus modis re contrahitur obligatio. xiiii
De verborum obligatione. xv
De duobus reis stipulandi. xvi
De stipulatione servorum. xvii
De divisione stipulationum. xviii
De inutilibus stipulationibus. xix
De fideiussoribus. xx
De litterarum obligatione. xxi
De consensu obligatione. xxii
De emptione et venditione. xxiii
De locatione et conductione. xxiiii
De societate. xxv
De mandato. xxvi
De obligationibus quasi ex contractu. xxvii
Per quas personas nobis adquiritur obligatio. xxviii
Quibus modis tollitur obligatio. xxix

De obligationibus ex delicto. 1
De vi bonorum raptorum. 2
De lege Aquilia. 3
De iniuriis. 4
De obligationibus que quasi ex delicto nascuntur. 5
De actionibus. 6
Quod cum eo qui in aliena potestate. 7
De noxalibus actionibus. 8
Si quadrupes pauperiem. 9
Per quos agere possumus. x
De satisdationibus. xi
De perpetuis et temporalibus actionibus. xii
De exceptionibus. xiii
De replicationibus. xiiii
De interdictis. xv
De pena temere litigantium. xvi
De officio iudicis. xvii
De publicis iudiciis. xviii

[illegible]

[illegible]

que vero sit acto in hoc opere inveniet. hic tibi lector pagina monstrat. de quibus rebus in libris singulis conditor huius codicis disputavit. Id est

In libro primo de gramatica et partibus eius.

In libro secundo. de rethorica et dialectica.

In libro tercio. de mathematica. cuius partes sunt. arithmetica. geometria. musica. et astronomia.

In libro quarto. de medicina.

In libro quinto. de legibus vel instrumentis iudicum. ac temporibus vel etatibus seculi.

In libro sexto. de ordine scripturarum. de ciclis et canonibus. de festivitatibus et officiis.

In libro septimo. de deo et angelis. de nominibus prophetarum. de nominibus sanctorum patrum. de martiribus. clericis. monachis. et ceteris fidelium nominibus.

In libro octavo. de ecclesia et synagoga. de religione et fide. de heresibus. de philosophis. poetis. sibillis. magis. paganis. et diis gentium.

In libro nono. de linguis gentium. de regnis. militum. civiumque vocabulis. vel affinitatibus.

In libro decimo. de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis.

In libro undecimo. de homine et partibus eius. de etatibus hominum. de portentis et transformatis.

In libro duodecimo. de quadrupedibus. reptilibus. piscibus ac volatilibus.

In libro tercio decimo. de elementis. id est de celo. de aere. de aquis. de mari. de fluminibus. ac diluviis.

In libro quarto decimo. de terra et paradyso et provinciis tocius orbis. de insulis. montibus. ceterisque locorum vocabulis. ac de inferioribus terre.

In libro quinto decimo. de civitatibus. de edificiis urbanis et rusticis. de agris. de finibus et mensuris agrorum. de itineribus.

In libro sexto decimo. de glebis ex terra vel aquis. de omni genere gemmarum et lapidum preciosorum et vilium. de ebore quoque inter marmora notato. de vitro. de metallis omnibus. de ponderibus et mensuris.

In libro septimo decimo. de cultura agrorum. de frugibus universi generis. de vitibus et arboribus omnis generis. de herbis et oleribus universis.

II

Lex [illegible] e q[illegible] [illegible] in quos [illegible] contra [illegible] dominum [illegible] [illegible] aliquid moliuntur vel [illegible] [illegible] [illegible]

Lex iulia lex maiestatis punit eos qui contra rem publicam aut in principem committunt vel machinantur

Lex iulia de adulteriis [illegible] coercendis [illegible] qui adulteros et eos qui virgines aut viduas [illegible] [illegible] corrumpunt

Lex iulia de vi publica eos punit qui vim armis faciunt

Lex iulia de vi privata eos [illegible] qui vim faciunt sine armis

Lex iulia de ambitu eos punit qui [illegible] administrationis aliquid acceptant ut iudicent aut ut [illegible] [illegible] [illegible]

Lex iulia peculatus punit eos qui [illegible] pecuniam publicam aut sacram aut religiosam furantur [illegible] ad spectandum qui [illegible] [illegible]

Lex iulia de residuis punit eos qui [illegible] administrationis sive publicam pecuniam [illegible]

Lex iulia de annona [illegible] qui [illegible] [illegible] residuum [illegible] [illegible] punit

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Lex cornelia de sicariis loquitur de illis punitis qui hominem veneno aut magicis incantationibus [illegible] [illegible]

Lex cornelia de sicariis loquitur de illis puniendis qui cum telo ambulant ut hominem occidant

Lex cornelia de falso loquitur de illis qui [illegible] testamentum [illegible] vel [illegible] ut testamentum [illegible] [illegible]

Lex pompeya de parricidiis punit eos qui patrem aut matrem mortem [illegible]

Znumerowane dn: 27 Lutego 1872.

Kartek 100.